Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Jacob Duerrfeld

Admonitio De Quaestionibus Nonnullis, Articulos De Libero Arbitrio Et Baptismo Concernentibus : Quibus Intimator quidam, (I. As: A.) ab Augustanae Confessioni addictis sociis discessum fecit, atq[ue] Arminiana Calviniana dogmata heic publice serere & propugnare conatus est

Rostochi: Rostochi: Hallervord: Richel, 1628

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729960005

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

4247.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729960005/phys_0001
DFG

Fg - 4247.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729960005/phys_0002
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729960005/phys_0003
DFG

4954

ADMONITIO DE QVÆSTIONIBUS NONNULLIS, ARTICULOS DE LIBERO ARBITRIO ET BAPTISMO CONCERNENTIBUS

QUIBUS

Intimator quidam, (I. Af. A.) ab Augustanæ Confessioni addictis socijs discessum fecit, atq; Arminiana Calviniana dogmata heic publicè serere & propugnare conatus est,

Nunc

In gratiam simplicium Φιλαληθῶν *& scandalo hoc pernitioso offensorum juris publici facta*

à

M. JACOBO DÜRFELDIO
Osnaburg. Westph.

Zachar. 8.

Diligite pacem & veritatem.

ROSTOCHI,
Typis Hæred: Richelianorum, Apud Johannem Hallervord: Bibliop: ANNO M. DC. XXVIII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729960005/phys_0005
DFG

Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729960005/phys_0006
DFG

VIRIS

MAGNIFICIS, AMPLIS-

simis, Consultissimis, Authoritate, Eruditione & rerum usu Eminentissimis:

Dn. MARCO Tancken.

Dn. JOACHIMO Schütten.

Dn. VINCENTIO Gladowen.

Dn. JOHANNI Lutterman.

Inclutæ Reip. Rostochiensis Consulibus, longè dignissimis, vigilantissimis, patriæ patribus optimis, Dominis Mecenatibus & favitoribus meis observantissimè colendis.

Gratiam, felicitatemq; æternam ac temporalem ab authore omnis boni, precor & voveo.

QVod Apostolus jam suo tempore de Ephesijs testatus fuit

Act. 20. 29. 30. inquiens: Ego novi hoc, quod post discessum meum ingressuri sint in vos lupi graves & non parcentes gregi. Ex vobis ipsis exorientur viri, qui loquantur perversa, ut discipulos post se abstrahant: *id multò magis his ultimis mundi temporibus futurũ prædixit Petrus 2. Pet. 2. 1. & imprimis Paulus 2. Tim: 4, 3.* Erit tempus, quum non tolerabunt, sed auribus prurientes sibi ipsi pro suis cupiditatibus coacervabunt doctores. Et a veritate quidem aures avertẽt, ad fabulas verò convertentur. *Hujus vaticinij veri-*

veritatem & complementum demõstrare, non esse laboris Herculei, non disquisitionis diuturnæ, quilibet qui paulò attentius hodierna tempora, & in illis Pontificios, Jesuitas, Capucinos, Photinianos, Calvinianos, Anabaptistas, Weigelianos, aliosq́; falsos doctores ac fratres notat, fatebitur.

Si quis verò miretur ulterius, cur ἀρχιπίμην *custos urbis sanctæ & Ecclesiæ Dominus, tantos errores, tantas seductiones hæresesq́; permittat: sanè nec id temerè fieri, codex sacer locuples est testis. Nam hujus rei causa prima est: ut per hæreses, per tribulationes & mille calamitates Electi & verè fideles manifestentur, malorum scelera in lucem prodeant,* ὀλιγόπιστοι *tententur, ac si* πρόσκαιροι *deprehendantur*

tur, abjiciantur, verè autem fideles ac perseverantes probentur atq; in vera fide conserventur & muniantur. Oportet *igitur* hæreses (*inquit Apostolos 1. Cor. 11, 9.*) inter vos esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant inter vos: *ac fides illorum, velut aurum septies igne probatum, exerceri & in lucem protrahi possit. Altera causa est; ut multi articuli fidei enucleentur acutius, ponderentur rectiq, firmâ fiducia credantur alacrius, ac defendantur zelo ardenti firmius. Et nisi divina a suis Christicolis considerentur, fides exerceatur & charitatis opera actu ipso in effectum deducantur, filius Dei sedens ad dexteram majestatis in excelsis, Candelabrum talium moturus est & ad alios tra-*

traducturus. Tandem & eo fine hæreſes & ſchiſmata oriri ſinit Dominus, ut precationum actus & exercitia pietatis vigeant ardentius, pij conſolidentur & ex fide parvis evadant magni: propterea enim DEus ſanctos ſuos miris modis ducit Pſal. 4,4. In contrarium verò præcipit, ut mens tepida, quæ neq; calida eſt, nec frigida, ſeriò deponatur, & fervida rurſus aſſumatur. Si quis autem hoc negligit, ſi ſine pœnitentia vixerit: ex ore ſuo Chriſtus, velut ſordes, eum evomuerit. Quod jam ſedens ad dexteram patris Laodicenſium angelo ſcribi mandavit Apoc. 3. 16.

Quantū verò noceant hæreſes, ceu gangræna, ſerpētes; & ut lupi oves, ſic chriſtianos ad internecionē quærētes;

atq; fures animarum pessimi obambulantes verbis satis exaggerari & efferri nequit. historiæ temporum omnium luculentè docent jam a tempore diluvij, imò a temporibus Caianæ segregationis Gen. 4. descriptæ, dominatas fuisse hæreses, ac zizania permixta tritico. Quid jam de Baalitis, in ijsq; non una secta gentili, sed compluribus, dicemus, a quibus gens sancta usq; ad captivitatem Babylonicā non liberari potuit? Arianismus nonne totam plagam orientis absumsit, & post illum Mahumetismus? Quis fando assequi potest Anti Christi Romani, in Ecclesia & templo Dei sedentis, multiplicem hæreseon sentinā, & congeriem, avaritiæ studium inexhaustum, tyrannidem in veros Dei servos & testes immanem, atq; ebrietatem spiritualis scorti probrosam?

Pro-

Proinde si qua homo mente cauteriatus (qua voce D. Apostolus hæreticos ultimi temporis perstringit) & corruptus in proscenium Ecclesiæ prodeat ad seminandum zizania, ad unitatem Ecclesiastici corporis dissolvendam, pacisq; vinculum rumpendum: profectò illos, qui ad clavum Reip. sedent, quiq; Ecclesijs præsunt, non tacere, sed lupum arcere oportet. In benè constitutis Rebusp. præsertim tempore belli, magistratus omnia considerat & perlustrat, hostium vires & conatus prudenter explorat, cives ad excubias agendas, in muris & locis periculo cuprimis obnoxijs, disponuntur: Filius quoq; Dei, Rex ille gloriæ, suos milites, alios in muris urbis Hierosolymæ, sanctæ suæ Ecclesiæ, disposuit & collocavit, Es. 62, 2. alios

circumire per plateas jußit; ut ſi quis ſeditio eſſet oborta, eam ſedarent, ſuperbos debellarent, afflictos conſolarentur, ſubjectos confirmarent. Hi intus rectè curant, illi foris hoſtes obſervant; hi togati filios Eccleſiæ cibant, ditant, & exornant, illi in muris, ne quid Reſp. capiat detrimenti, ſpeculantur; hoſtem manifeſtant, & abigunt. Sunt ſimiles indefeßis hortulanis, qui zizania in ipſa, quod aiunt, herba, eradicant; eradicant inquã: non flamma & gladijs tollendo, ſed vulnera ſanando, non ferramentis ſed primum argumentis pugnando. Si qui v. ſanari nolunt, nec in oves graſſari deſinunt, juſto cum zelo rectè ab Eccleſia ſeparantur. Qua ratione Paulus Hymenæum, Philetũ & alios excommunicavit ac ſatanæ tradidit

1. Tim.

1. Tim. 1, 20. Nehemias Eliasibū Nehem. 13, 28. Imperatores Christiani Arium, Macedonium, Nestorium, Photinum, alios. Qui mos laudatus non tantum in alijs Germaniæ locis, viget: verùm etiā in illustrij. & splendid. hac Provincia recepta est, adeoq; certæ leges de eò in nupero Recessu sive Assecuratione quæ vocatur, ante paucos annos latæ & a Cæsar. Majestate confirmatæ sunt. Quas proinde etiam atq; etiam considerare debuissetis, qui nostras quietas sedes novis turbis & noxijs erroribus turbare conatur.

Et miror hominis ingenij perversitatem & hæreticorum dogmatum propagandorum infelix studium: dum nostros venerandos Doctores, nostrasq; Ecclesias, ab August. Confessione, scriptis B. Lutheri, Philippi Me-

Melanchthonis; & Pomerani fecisse divortium, si non plenis buccis vociferatur, certè ipso facto, dum illos nobis opponit, accusat. Quæ profectò objectio non est nova, sed genti sacramentariæ jam ab obitu B. Lutheri consueta, a Palatinis, Bremensibus, Hassiacis & Berolinensibus novis pigmentis adaucta, ficta, reficta. Imò, nequid impudentiæ deesset, velut satanas sibi regna mundi, quæ Christi erant, arrogabat Marc. 1. Luc. 4. Matth. 4: sic nos Pseudo Lutheranos, ac seipsos veros appellare non dubitarunt. In qua palæstra magni fuerunt Hassiaci, Mauritius Neodorfius & hîc noster Intimator. Quid verò nos? Possemus verbis veritatis & argumentis invictis adeoq; ipsa collatione nostræ doctrinæ cũ viris istis magnis

&

& Augustana Conf. (Quod Dn. D. Mentzerus p.m. egregiè præstitit) diversum prolixè probare & hanc futilem & vanam insultationem retundere & ἔκκλημα elidere. Verum placet Antagonistæ, verbis viri quondam undiquaq; doctissimi Dn. Joh. Rainoldi Angli, respondere: qui docet ex Hecuba Euripedis, inglorios eorum, qui in gloria vixerunt, abuti verbis & authoritate, cum tamen

ὁ λόγοι ἐκτ' ἀδοξούντων ἰὼν,
κακ' τῶν δοκούντιον αὐτὸς οὐ ταυτὸν σθενεῖ.

Virorum magnorum ac principum Ecclesiæ scriptis semper abusi sunt hæretici ac veritatis hostes: quorum verba & sententias modò depravatas, modò illis affictas, ceu caput Medusæ præstigijs armatum, obverterunt pijs, atq; instabiles fascinarunt:

quod

quod evidenter Apostolus de Pseudoapostolis Col. 2. 8. & 2. Tim. 2, 17. de judæis ac deniq; de Anti Christi satellitibus 2. Thessal: 2, 9. futurum prædixit. Sed attendamus paululũ dicto Rainoldo *nostri* Intimatoris *olim in fide fratri:* Unde factum est *(inquit pag: 119. quoniam* ἀδοκίμησι τῶν δοκίμων *verbis sua venena disseminant.)* ut etiam in Ecclesia DEI, qui perversas opiniones & dogmata serere studuerunt, docentes quæ non oportuit, turpis lucri gratia magnos authores nominare consueverint, quorum authoritate, tanquã Ulysis sentẽtias fucarẽt suas: usq; adeo ut sæpe prophetarum & Apostolorũ aliorũq; hominum

minum authoritate & dignitate præstãtiũ nominibꝰ sint abusi ad suos errores populo cõmendandos. Ita Pseudoapostoli, qui docuerunt judæos non ipsos servari, nisi ritu Mosaico circumciderentur, prætendebant nomina Petri, Johannis, Jacobi, aliorũq; apostolorum contra D. Paulum, tanquam ipse doceret alia, quam veri Apostoli, usq; adeõ ut Paulus se defendens, utatur ipso nomine τῶν δοκούντων (Gal. 2, 1. 6, 9.) οἱ δοκοῦντες ij, qui sunt in pretio, Jacob. & Cœphas & Joh. nihil mecum præterea contulerunt, imó dextras

dextras mihi dederunt ac Barnabæ ſocietatis. Ita Sethiani apud Epiphan. (hæreſ. 39, 38. 26. 30. 47.) abutebantur libellis promulgatis nomine Seth & Abraham & Moſis, ita Cajani apud eundem Epiphan. habuerunt Evangelium, quod dicebatur a juda cõſcriptũ. Ita Gnoſtici, Ebionæi, Encratitæ jactarunt Evangelia, atq; Acta Philippi & Petri & Joh & Andreæ: Quemadmodum etiam videmus a Gelaſio (diſtinct. 15.) commemorari omnium ferè Apoſtolorum nomine vel Evangelia vel acta, vel alia monumenta

menta sub diversis titulis edita & promulgata. Sixtum *Senens.* (*Bibl. sanct. l. 2.*) consulat, qui plura cupit exempla. &c. *videri potest* & Eusebius *hist. Eccl. l. 3. c. 28.* & *25.* & *lib. 4. c. 23. 24. Idem testantur Dn. D.* Gerh. *in Methodo studij Theologici*, Rivetus *in specim. critici sacri*, & Daniel Tilenus *part. 2. syntag. Disp. Theol. p. 153. Tit. de author. Patrum. Nam; suas nænias* (*hæretici veteris* & *quidem eximij alicujus scriptoris nomine ideò exornant, ut*) *pannos suos hac purpura prætexentes, delusi lectoris stultitia fruantur: ut ipse loquitur th. 17: cui* & *seqq. rectè adjunguntur*

Hujus imitationis stultæ vivum exemplum, a suis olim Calvinianis mutuò acceptum, nobis Intimator *noster ob oculos proponit: qui non tam ad scripturam confugit, quam Aæ C.B. Lutheri, Melanchthonis & Pomerani authoritatẽ á se stare impudenter gloriatur: ex quibus contrarium demonstrari & ipse solidè immoteq; refutari potest.*

Cum verò nostra orthodoxia & doctrina salvifica sit in scriptura solidè fundata, contra omnes Adversarios constanter magna & admiranda dexteritate defensa, & in libris nostris symbolicis sapienti judicio cõgesta: a veritate, lapide q. lydio, probata, & ipsa μετμβεια lympidiore, nos non dimoveri nec turbari sinamus.

mus. Oportuisset itaq; Intimatorem illis scriptis, & quæ cū illis per omnia sentiūt, Agēdis Megapolitanis sese subjicere. Et quæso sideret verba hæc

Befehlen drauff alle vnsern/ vnser Universitet Zu Rostock Professorn, Superintendenten, Pfarrherrn/ Predigern/ Diaconen vnd andern Kirchen vñ Schuldienern/ auch vnsern Amptleuten/ vnd in gemein ALLEN vnsern Unterthanē vnd Schutzverwandten/ daß sie sich dieser vnser ordnung/ so viel ein jeden belangē thut/ fleissig vnd trewlich nachkom-

men. *Quin, quod ipsa Formula Concord. ut nominatur, de anno 1563. ipsum moneat, quibus se in Academia hac Professor vivens conformare debeat. Quid igitur contra nostros Theologos & ministerium furit? quid indignatur Antagonista? Transigat cum spiritu S. cum Agendis, cum pactis in Form. concordiæ initis, cum Aa C. & Luthero. Transigat denique cum ipsa veritate, si ipsius opinionibus non plaudant.*

Fertur quidem ille a nostris Theologis tanquam accusatoribus, ad alios provocare. Verum sunt folia ficus, quæ suæ nuditati prætexit. Scit n. homo callidus nostros Theologos nobiscum convenire, scit suos errores ab illis condemnari: ut tamen negotium trahe-

trahere & excitare flammas, imò incendium possit, ad alios provocat. Verum quos agnoscit judices? Fortassis Arminianos? Calvinianos? quorum dogmata hîc sub incudem revocat? Nam ex nostris Theologis & Academijs, in quibus Intimatori contraria ex verbo Dei Dogmata defenduntur, neminem, qui hæc paradoxa sit approbaturus, invenerit. Nescio num & Intimator ad sese pertinere putat, quæ in scripto, cui titulo Assecuratio, Rostochij 1626 edito notatu certè digna habētur. Placet ex illo hæc pauca subijcere, quib. hunc processū Rev. Consistorio præscribunt. p. 15: Vnd sol fürs dritte dz Consistorium, welches nebenst dem jure Epi-

scopali nach wie vor/ gemein bleibet/ die inspection haben/ daß in allen vnd jeden obbemelten Kirchen/ Schulen vñ Universitet zu Rostock keine andere denn die obangedeutete Keyser Carl/ dem fünfften zu Augspurgk vbergebene vnveranderte Confessi-on vnnd Lutherische Religion, gelehret vnnd geprediget/ weiniger einige andere dero zugethane vnnd warhafftige vorwandte Kirchen vnd Schuldiener angenommen/ eine

eingesetzet oder geduldet werden.

Vnd da zum vierdten/deren einer in Lehr vnnd Leben vordächtig oder schüldig befunden wird/ sol das Consistorium in vnser beyder Nahmen/ ohne einige Klage für sich ex officio zu inquiriren, die Sache zu cognosciren, darein zu sprechen/ die schüldig befunden/ jhres diensts zu entsetzen / vnd abzuschaffen/vnd den Beampten vnnd Städten/darunter der condemniter

sess-

seßhafft / die execution zu demandirn fug vnnd macht haben / Inmassen es auff angestalte Klag vermüge deß Consistorij ordnung gehalten / vnd sonsten bey derselben / wie auch der Kirchen (NB) vnnd Superintendenten ordnung / ohn was in diesem revers in specie anders disponirt, nach wie vor / allenthalben vngehindert gelassen werden sol. Verùm quo provehor?

Vobis autem, viri Magnifici, amplissimi & Consultissimi, *has*

qua-

qualescunq; pagellas inscribere & volui & debui: qui non duntaxat veritatem cœlestem summè adamatis, hæreses cane & angue pejus odistis, & ad has controversias prudenter tollendas & sepeliendas partim officio vestro, partim consilio maturo & prudenti, magnam Ecclesiæ navare operam, de eaq; demereri potestis optimè. Quod ipsum etiam, considerans VVVV. MMMM. AAAA. Zelum & pietatem erga DEum ejusq; cultum & puritatis amorem, eas facturas nullus dubito; & id utiq; acturas, ut cœleste hoc depositum inviolatum ad posteritatem (si qui futura) sanctè transmittatur.

Accipite, igitur, viri Magnifici,

Amp. & Consultissimi, *fronte alacri & serena hoc qualecunq; scriptum, illudq; eo fine, quo prodit, (videlicet ut simplicioribus in hisce tricis dubijs inserviat, & scandalum datum publicè, publico tollatur scripto.) existimate; meq; vestra benevolentia & favore prosequi ac promovere non dedignamini; submissè & observanter oro. DEus optimus maximus, a quo bona sunt omnia, vestram Remp. clementer, ceu verus ille Israëlis custos Ps. 121.) conservet, mala quævis avertat, prospero successu consilia secundet, & incrementum divinum cunctis rebus tam sacris quam civilibus largiatur, vosq; adeò ad seros dies huic inclutæ Reip. incolumes conservet. Quo voto ut*

to ut vestras MMMM.AAAA. strenæ loco beare & honorare desideravi, sic Deus Opt Max. fortunet. Dabam Rostoch I.XXII. Decembris, anno æræ Christianæ:

ADsIt TeVtonICIs JoVa & paX IntIMa portIs!

VVVV. MMMM. AAAA.

observantissimus

M. Jacob. Dürfeld.

L. B.

L. B. salutem P. P.

DE duobus præcipue mihi compellandus es L. B, Primum est, quod ego, nō in officio publico constitutus, huic negotio manus admoverim, Quod mirum cuipiam fortassis videri possit, imò pro πλυπραγμοσυνης signo & vitio reputari. Verùm liberat & absolvit me ab isto crimine conscia mens recti & causæ bonitas. Cum n. non tantum complures his infaustis controversijs sint scandalizati (quod scandalum jam pridem publico scri-

scripto sopitum & sublatum fuisse oportuisset) ij vero ad quos hoc officium inprimis spectat, suis utiq; gravib⁹ de causis intermiserint, mihi, qui in Academiæ hujus inclutæ bonum & commodū juravi, vitio verti nō posse existimavi, si laborantib⁹ pro ingenij mei modulo subvenirem, & quæ controversa erronea sunt, succincto breviq; scripto refutarem, & ad normam veritatis revocarem: quæ vero ob scura ambigua & involuta sunt, evolverem. Qualia exercitia cum antehac nonnulla in me recepe-

perim

perim, nec hoc præsens, hoc tempore perneceſſarium, intermittendum eſſe cenſui, Præſertim videns ſcandalum hoc non ſopiri & tolli, ſed latius indies diffundi,& complures tam incolas quã exteros offendi. Congeſſi igitur & comportavi, quæ huc pertinere arbitratus ſum: certò confiſus,ſi non multi certè aliqui, qui in hac palæſtra minus ſunt exercitati,fructum ſint inde capturi, atq; cum voluptate in veritate cœleſti confirmandi. Alterum,quod te volui L.B. cauſam dicit; cur videlicet non citius,

tius, sed nunc demum in scenam prodeam, huicq; negotio manus admoveam. Quæ divinatu non est difficilis: siquidem ex dictis dependet: Nam alios hunc laborem in sese recepturos fuisse semper putavi & speravi. Verùm utiq; suas graves ob causas nemine, quod mihi constet, prodeunte hactenus, ac ne nunc quidem ejusmodi futurum esse inaudiam, silentium mihi rumpendum, ac vera a falsis, pretiosa a vili cum propheta seligenda esse duxi: arbitrans licere pro veritate loqui publicè & posteritati exem-

xemplum pietatis ac depositi cælestis fortiter defensi relinquere. Tu verò, Christiane lector, si quid ad palatum tum allatum animadvertes, eo in Deo fruere: sin verò lapsus deprehendes, corrige & humanæ infirmitati condona, proq; Ecclesiæ pace & salute preces ingemina. Vale in Domino & salve.

THE-

THESIS I.

COnsideranda veniunt paradoxa quædam, non ita pridem in hoc incluto Ecclesiarum & Rerump. seminario & Academia, haut citra scandalum ab illo proposita, quem juventutem, ratione saltem officij, paterno & pastoris pij exemplo regere decuisset.

2. Consideranda autē illa in me recepi non 1. cæca contradicendi libidine, sed veritatis in scriptura & libris nostris tam symbolicis quam alijs pijs propositæ, propugnandi studio. Nec 2. vanæ gloriolæ captandæ aucupio: quippe quæ, si cui foret cordi, ex materie longè elegantiori ac speciosiori seligi quivisset & acquiri: Nec 3. ex rabido œstro τοῦ τὴν θέσιν φυλάττειν: Ut 4. nec ullo studio, Christianismo, bonis moribus aut deniq; honestati politicæ contrario. Verùm unicè 1. propter almam veritatem, semper veris Christianis eruendam Joh. 5. 29. sectandam Act. 17. 11. 2. Thess. 2. 15. & propugnandam Luc. 11. 25. 2. Tim. 1. 13. 2. ὀρθοδοξίαν nostrarum Ecclesiarum forti fide constantiaq; defendendam: ut 1. afflictis

& scandalo hoc pernicioso perturbatis conscientijs subveniamus & consulamus. 2. scandalum & sinistras opiniones cunctas ab Ecclesijs nostris & incluta hac Academia removeamus. 3. Posteritati, si qua futura, bonum testimonium veritatis cum zelo & pietate defensæ ad cœleste illi depositum commendandum, relinquamus. 4. Adversarium ad concordiam invitemus, aut. si obstrepere perget ad illudendum pijs, viam occasionemq; φλυαρίας firmiter obstruamus & occludamus.

3. Ut verò cum sacro codice & Ecclesia nos consentire demonstremus: 1. ex libris & confessionibus nostris symbolicis de ijs, quæ hîc impugnantur, nostram proferemus sententiam. 2. eam ex verbo DEi & scriptoribus ei consentientibus confirmabimus. 3. Adversas φλυαρίας modestè ex verbo DEi confutabimus: ut veritas illucescat & Christiana pax haberi possit.

4. Assertio 1. falsa. *Homo post lapsum habet in natura corrupta igniculos supernaturalis gratiæ, quibus sese potest convertere.*

5. Judicium Augustanæ confessionis art. 18. *De libero arbitrio docent* (nostræ Ecclesiæ), *quod humana voluntas habeat aliquam libertatem ad efficiendam civilem justitiam & diligendas res rationi subjectas. Sed non habet vim sine Spiritu sancto efficiendæ justitiæ DEi, seu justitiæ spiritualis, quia animalis*

malis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus DEi, *sed hæc fit in cordibus, cum* PER VERBUM *spiritus sanctus concipitur. Hæc totidem verbis dicit Augustin. l. 3. Hypognosticon. &c.* Et infra. *Damnant Pelagianos & alios, qui docent, quod sine spiritu sancto,* SOLIS NATURÆ *viribus possimus* DEum *super omnia diligere. Item præcepta* DEi *facere, quò ad substantiam actuum. Quanquam enim externa opera aliquo modo efficere natura possit. Potest enim continere manus a furto a cæde: tamen* INTERIORES *motus* NON *potest efficere, ut* TIMOREM DEi, *fiduciam erga* DEum, *castitatem, patientiam.* Illustrissimi Principes Ecclesiæq, hujus ditionis in Agendis Megal. p. III. in rebus externis post lapsum tribuunt homini libertatem aliqualem; etiam respectu primæ tabulæ, vires ingrediendi templi, audiendi verbi Dei, pauperibus pro ratione fortunæ benefaciendi, temperanter & castè vivendi: quāvis & illas variè impediri subjiciāt, exq, Joh. 13, 2. probent. In spiritual bus verò ipsi ante conversionem libertatem ad bonum deperditam & mortuam ac tenebris peccatorum immersum (vnterdrucken) intellectum. Et subjiciunt: Dieser vrsachen halben wird des Menschen hertz oder Frever wille ehe es zu Gott bekehret wird/ einem harten Stein vnnd vngehobelten Klotz vnd ehrnen stirn verglichen. Et p. 106. Alß sollen die Prediger auß GOttes

Wort dagegen berichten/ daß die Erbsünde. Item/ angeborne bößheit deß Menschlichen Willens vnd Hertzen/welches durch die also durchgifftet vnd verderbet ist/ daß es Gottes willen widerstrebet/ vnd Gottes feind ist/ vnd von grund deß Hertzen in die Sünde fellet vnd fähret/ vnd nicht anders als sündigen kan/ darumb auch alle Menschen auß Menschlichem Samen geborn/in Gottes vngnaden vnnd verdampt sind / wo sie nicht vom H. Geist(non per raptus internos & supernaturales extra verbum gratiã, sed) durch die Tauff vnd Glauben new geborn werden.

6. Hic confessores & Agenda inter forum poli & forum soli, sive inter res rationi subjectas, puta naturales & civiles, & inter res spiritus, distinguunt. *In his* voluntati & intellectui, licet post lapsum triste attenuatam, libertatem relinquunt: *In illis* a. non item. Quod probant.

7. Nam I. *Animalis homo* (post lapsum, cui spiritualis opponitur) *non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei.* II. Ex Augustino scribunt. *Esse fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem judicium rationis, NON per quod sit idoneum in ijs, quæ ad DEUM pertinent, sine* DEo *aut inchoare aut certè peragere, sed* TANTUM *in operibus vitæ præsentis tam boni quam mali.* Unde concludimus. Qui non habet judicium rationis, per quod

sit idoneus in ijs, quæ ad DEum pertinent, sine DEo (per verbum, ut supra dicunt confessores) aut inchoare aut peragere: is nec igniculos supernaturalis Dei gratiæ habet. Qui namq; possidet illos & non exercet, *Intimator* facit inexcusabiles. 2. Platoni & Philosophis propter illos mitiorem conditionem tribuit in altero seculo. 3. Quia nec naturaliter, nec citra verbum supernaliter habetur cognitio supernaturalis. *Atqui* homo non renatus non habet &c. Ergo. *Rursus.* Qui non habet vires efficiendæ justitiæ Dei, quæ spiritualis est: is nec per notitias igniculorum in natura reliquas in veri Dei cognitionem pervenire potest, eamve possidet: etiamsi externis idololatriæ alijsve sceleribus crassis non maculetur. *Verum* homo non renatus prius non habet. Ergo.

8. *Ratio* III. Si justitia spiritualis, & res quæ ad Deum pertinent, tantum fiunt, cum per verbum Spiritus S. concipitur: sine verbo Spiritus non possunt fieri. Sed prius est, teste Artic. Aæ c. 5. & 18. Ergo:

9. *Ratio* IV. Quicquid est Pelagianum id omne rejiciendum est. Atq; *Intimatoris* igniculi supernalis gratiæ divinæ sunt Pelagiani. Ergo. Minorem probo ex *Programm. 11. April.* affixo, cujus p. 2. b. §. *De judæis* sic scribit: *Igniculis naturalis cognitionis* (sive *supernaturalis gratiæ*) *debuerunt & potue-*

potuerũt uti ad conversionem. §. Notanda. *Quod Homo potest concurrere cum misericordia Dei & efficacia Spiritus Sancti, non meré est naturale.* §. De Judæis. *Et Deus* (post lapsum, ut) *primum movens, movet creaturas, prout eas creavit. Ipsi autem noluerunt.* Quantò rectius Luth. in lib. de Serv: Arb: *Quando,* inquit, *ergo Deus omnia in omnibus movet & agit, necessariò movet etiam in satana & impio. Agit autem in illis taliter, quales illi* (non quales creavit, sed) *invenit, hoc est, cum illi sint aversi & mali & rapiantur motu illo divinæ omnipotentiæ, non nisi aversa & mala faciunt. Quod similitudine* sessoris & equi malè incedentis; & Lit. N. 7. statuarij non ex ligno bono, sed putri statuas fabricantis. Lit. O. Edit. Witeb. anno 1525: *Corruptio verò, ait, seu aversio sui a Deo facit, ut benè moveri & rapi non possit.*

10. V. Qui non potest motus interiores efficere, ut timorem Dei, fiduciam erga Deum, castitatem, patientiam: nedum eos intelligit: is nec habet igniculos supernaturalis gratiæ, quibus efficiat. Sed homo animalis id non potest. Ergo. Adeoq; qui dicit ejusmodi habere hominem igniculos, disertè, quæ sunt spiritus & fidei, tribuit naturæ vel certè raptui Enthusiastico, vel crassè Pelagianizat. Nam sunt fructus spiritus Gal. 5. 22. & fidei Rom. 14. ult: sine qua quicquid est, peccatum est.

11. Con-

11. Confessio Germ. *Intimatorem* sic constringit. Weiter wird bey vns gelehret/ daß nach Adams fall alle Menschen &c. von Mutterleib an/ voller böser lust vnd zuneigung sind/vnd keine ware Gottesfurcht/ keinen waren Glauben an Gott von Natur haben können; Item, Pelagiani machen die Natur fromb/ durch natürliche Krefftе/ zu schmach dem Leiden vnnd Verdienst Christi. *Nota*: ex viribus sive supernaturalibus (quæ post lapsum nullæ sunt,) vel naturalibus nemo potest habere fidem in Deum. 2. Quicquid in spiritualibus naturæ adscribitur, in meriti Christi ignominiam adscribitur ei.

12. *Luth.* in Expl. art. tertij symboli scribit: *Credo, me propriis viribus, Jesu Christo Domino meo fidere, aut ad eum accedere, & pervenire nullo modo posse: Sed Spiritus Sanctus per Evangelium me vocavit* &c. In Catech. Majori p. 503. Form. Conc: inserto. *Neq; n.* (gentiles) *habent Christum Dominum, neq; (NB) ULLIS Spiritus Sancti donis & dotibus illustrati & donati sunt.*

13. Assert. II. Verùm antequam ad argumenta alia scripturæ descendam, alteram *assertionem* priori affinem subjicio: *Gratia est vel creationis vel redemptionis. Gratia creationis, Rom. 1. & 2. capp. descripta est* (§ sic nonnulli A.) *qua homo post lapsum habet supernaturalis gratiæ (gratis datæ) igniculos*

culos (§ oporteat A 2.) *quæ illuxit omnibus hominibus, ut detineri in injustitia non debeat* (§ a. 3. illuxit): *& est gratia salvatoris nostri & creatoris* (§. seq. salvatoris): *quæ cum misericordia Dei & efficacia Spiritus sancti potest concurrere: ideoq; non est mere naturalis.* (ibid. §. notanda): *Unde concluditur in natura corrupta reliquos adhuc esse divinæ gratiæ igniculos & omnes homines esse inexcusabiles & justæ condemnationi obnoxios, quicunq; igniculos illos non conjungunt cum nova Spiritus sancti gratia in prædicatione Evangelii sese exerente.* (§. Salvatoris. A. 3.)

14. At non sunt hæc sumta ex Spiritus Sancti schola, sed ex Pelagij, Arminianorum, Scholasticorum & Cinglij lacunis. Sic autem progredior.

15. Gratia est creationis vel redemptionis aut deniq; sanctificationis.

16. Creationis vel respectu rerum spiritualiū & superioris hæmisphærij, vel naturalium & inferioris considerari debet.

17. Prima verò sedes gratiæ & justitiæ originalis sive concreatæ est Gen. 1. & 2. capp: ubi homo creatur ad imaginem similitudinis Dei. *Similitudinis* inquam; quod vocabulum adhibetur differentiæ causa; videlicet respectu filij, qui est imago expressa sive essentialis (χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως) Dei. Heb. 1. imago invisibilis Dei, primogenitus ante omnes creaturas. Col. 1. 15.

18. I-

18. Imago porrò concreata interdum ἑλικῶς, interdum μερικῶς, pro materiæ subſtratæ natura, accipitur. *Illud* (E. G.) fit Gen. 1. *hoc* c. 9. 1. Cor. 11. Eph. 4. Ideoq; *nunc* primarias ſuas dotes complectitur; ut Eph. 4. nunc ſecundarias; ut Gen. 9. 1. Cor. 11.

19. Cum autem *omnis imago conformitatem producti cum producente dicat*, juxta *Scholaſticos*, (unde filius imago ſui patris, ovum verò ſimile ovo, nō imago vocatur): imago divina nobis concreata, nobis quoq; conformitatem quandam cum ἀρχετύπῳ conferet. Hoc a. prævia ſcripturâ, fit ſecundùm attributa Dei, ſaltem nobis notiora. Nam ſi *reparamur in juſtitia & ſanctitate veritatis, &c. ad quam creati ſumus*, in ſimilitudine juſtitiæ, ſanctitatis & veritatis Dei creati ſumus. Conſeq. Majoris probo: Rerum enim homogenearum, ac totius & partis eſt eadem natura & ratio. Proinde ſi quorundam attributorum reſpectu, ut veritatis & juſtitiæ, ſumus imago Dei: etiam aliorum quæ ſcriptura meminit, reſpectu id nō fuerit negandū. Aſſumptionem Paulus Eph. 4. 24. exhibet.

20. Proinde uti Deus eſt juſtus, ſanctus, verax, bonus, miſericors, immortalis &c: eminenter & per eſſentiam: ſic homo ad eorum conformatus imaginem, juxta menſuram ſibi competentem,

eorum particeps factus est. Inde est, quod Christus nos jubet esse misericordes, *sicut pater noster in cœlis est misericors.* Luc. 6. 35. Sanctos esse, sicut ipse sanctus est. Levit. 19. 20. 7. 26. c. 21. 8. Deus est rectus (יָשָׁר) Deut. 32. 4. Χρηστὸς καὶ δίκαιος Ps. 25. 9. Statuta ejus recta Ps. 19. 9: Sic homo est mente & voluntate adeoq; totus, rectus (יָשָׁר) creatus Eccl. 7. 30. Deus est immortalis 1. Tim. 6. 16. Sic & homo fuit immortalis factus. Sap. 2. 23. Hæ dotes, *quatenus* eum a peccato alienum declarabant, justitia originalis vocantur, Rom. 3. *quatenus* 1. a bestijs & rebus alijs, discernebat 2. ortū docebant. & 3. majestatē dignitatemq; explicabāt, creatio ad imaginem similitudinis Dei dicuntur.

21. Quatenus autem gratia creationis forum superius concernit, per lapsum omnem gratiam & bona concreata perdidit homo: inq; locum imaginis divinæ Dei, imago Adami corrupti successit. Gen. 5. 3: Qua *omne figmentum cogitationum cordis est tantum malum omni die. Gen. 6. 5. c. 8. 21. En quaternam* universalitatem! *Primò*, est omne figmentum cogitationum malum. 2. Cordis omnis. (Loquitur n. non tantum citra restrictionem Deus, sed etiam vox omnis repetenda venit; Imò expressè de toto genere humano effertur Rō. 21.). 3. Est *tantum* (רַק) malum. Qua voce bonitas

nitas omnis excluditur. Conf. Matth. 7. 18. Pſ. 14. 3. 4. Eſt omni die malum. Unde David ſe in peccatis conceptum & calefactum conqueritur Pſ. 51. 7.

22. Verùm ipſi Antagoniſtæ immota veritas hæc extorſit verba, quibus hæc ſua jugulat. *Program. 4. Febr.* affixo. *Inprimis fateor, me probare ſententiam Lutheri, Philippi & Auguſtanæ confeſſionis ſtatuentium peccatum originis eſſe non modo carentiam, ABSENTIAM ſeu privationem juſtitiæ imaginis Dei originalis, ſed etiam poſitivum quid, nempe qualitatem ſeu diſpoſitionem contrariam, quæ in locum ablatæ juſtitiæ & imaginis Dei originalis ſubiit.*

23. Quamvis autem homo in foro ſpirituali ſit totus mortuus, nulla habens Dei dona, nullam fidem nec vitam: tamen in foro ſoli retinuit quasdam ſcintillas 1. cognitionis Dei naturalis: quæ Rom. 1. 19. c. 2. 14. 15. Pſ. 19. 1. 2. Job. 12. 7. & ſeqq. Act. 14. 16. c. 17. 23. &c. deſcribuntur. 2. Rationem ipſam, & 3. in rationali anima principia habituum theoretica & practica; quæ aliàs ad communes notiones inſitas, ut pars, ſpectant. Quam materiam fuſe perſequitur Dn. D. *Meiſn.* in Tract. de Legibus & Dn. D. *Gerh.* in Exegeſ. LL. CC. p. 658. 4. dona corporis totius magnifica.

24. Falſiſſimum verò eſt Rom. c. 1. & 2. Medico

dico Theologo describi gratiæ supernaturalis quosdam igniculos in natura reliquos. Quod ita demonstramus.

25. Si 1. Nulla gratia salutifera est post lapsum in natura humana reliqua: Sed 2. totus homo est filius iræ. 3. Eum nec Spiritus sanctus illustrat. 4. in peccato est mortuus. 5. & meræ tenebræ & nulla in eo lux Deum agnoscens. 6. Nec Roma. & 2. alibivè supernaturalis astruitur gratia. 7. Verùm ipse *Intimator* sibi contradicit asserens eam: nec gratiam ullam supernaturalem habet.

26. Atqui 1. Nulla gratia salutifera est post lapsum in natura humana superstes tam cognitionis Dei veræ & gratiæ gratis datæ, quam gratiæ spiritus. *Dixit enim stultus in corde suo, Non est DEus. Jehova è cœlis prospexit super filios hominum, ut videat an sit intelligens, quærens DEum. Omnes declinaverunt, pariter fœtuerunt, non est faciens bonũ, non etiam unus.* Ps. 14, 1. 2. 3. Deus ipsis est ignotus Act. 17. *Patrem nemo cognoscit nisi filius & cui filius vult revelare* Matt. 11. 27. ubi jam bona gratiæ gratis datæ? Eph. 3. 4. 5. *Ex quo perlecto* (scripto) *potestis intelligere, quæ sit mea intelligentia in mysterio Christi. Quod alijs ætatibus* (inter gentes. Act. 14. 17. & 17. 27. Eph. 2. 12. 13.) NON *innotuit filijs hominum* (nec judæis tam clarè Jer. 31. 34. Heb. 8. 11.) *ut nunc revelatum est sanctis Apostolis ejus & Prophetis*

phetu per Spiritum S. Eramus natura filij iræ c. 2. 3. Et omnes Habebant cogitationem obscuratam versantes in vanitate mentis suæ, alienati a vita DEi, propter ignorantiam, quæ est in ipsis ex obduratione cordis eorum. Eph. 4. 17. 18.

29. Verùm II. *homo totus est filius iræ* Eph. 2. 3. In quâ quæ gratia?

30. Nec III. *eum Spiritus sanctus illustrat extra Christum.* Matth. 11. 27. *Nemo novit filium nisi pater, neq; patrem quisquam novit, nisi filius, & cui cunq; voluerit filius revelare.* 1. Cor. 2. 8. *Quam* (sapientiam Dei) *nemo principum seculi hujus cognovit.* Conf. & v. 14. Augustana Conf. Art. 6. *Ut hanc fidem consequamur institutum est ministerium docendi Evangelij & porrigendi sacramenta. Damnant Anabaptistas & alios, qui sentiunt Spiritum S.* (ad quem dona sive gratis data gratia refertur) *contingere sine verbo externo.* Vide & Act. 17. 30.

31. IV. In *peccato est mortuus* Eph. 2. 1. 5. Mortuus autem nullas vitales actiones exercere potest, nec habet. v. Estq; meræ tenebræ & nulla lux in eo agnoscens Deum. Joh. 1. 5. Lux *ista in tenebris lucet, sed tenebræ eam non comprehenderunt* Es. 9. 1. Matth. 4. 16. *populus positus in tenebris, vidit lucem magnam: & positis in regione & umbra mortis, lux exorta est.* Rom. 1. 21. *obtenebratum est desipiens cor eorum.* Conf. Luc. 1. 79. Eph. 5. 8.

VI. Nec

VI. Nec Rom. 1. & 2. alibivè supernaturalis astruitur gratia.

32. Quicquid n. 1. homini connascitur. 2. Est omnibus hominibus commune. 3. mera ponit naturalia. 4. Invenitur naturale in pijs & impijs. 5. ipsis quoq; damnatis & satanâ: id non est supernaturale gratiæ divinæ donum. Atqui hæ notitiæ & dona 1. homini connascuntur. Quod agnoscit ipse *Cicero scribens. Nulla gens est, neq; tam immansueta, neq; tam fera, quæ non, etsi ignoret, qualem Deum habere deceat, tamen habendum sciat.* lib. 1. de Leg. Vide eundem in orat. pro Milone: ubi eas *non scriptam*, sed *innatam* legem vocat Item lib. 2. de legibus. l. de Divinat. De Aruspicum responsis &c. Ac Platonem non uno in loco & similes. Et Paulus scientiam legis inscripram cordi testatur: non divinitus inspiratam modo supernaturali concedit. Cui additam testem ait conscientiam. Rom. 2. 14. 15. II. Sunt omnibus hominibus communes. Quod ex dictis patet. III. Mera ponunt naturalia. Nam supernaturalia sunt, quæ principia & causas supernaturales habent. 2. nec in omnibus inveniuntur: Hæc a. contra. Proinde & *Metaphysici* cognitionem naturalem appellant. IV. & V. non duntaxat ipsa experientia, sed etiam Rom. 1. & 2. capp: probantur: siquidem universalis esse cognitio asseveratur. Cui opponitur c. 1. Cor. 12. quo

12. quo Spiritus S. dona, recensentur ceu supernaturalia, quæ naturaliter non infunduntur. Deniq; *tam* impijs manet & contingit hæc scientia, Es. 66. ult. Rom. 2. 14. *quam* diabolo. Quod liquet.

33. VII. Sibi *contradicit Intimator*. Nam statuere in gentilium naturâ corruptâ mansisse reliquos adhuc igniculos aliquos: & statuere eosdem esse supernaturales; anne contradictio?

34. Imò VIII. Pelagianizant. Confer Augustin. l. 3. Contra Julian. Pelag. c. 26. ubi Julianus dicit: Si ante peccatum per Deum creatum, unde homines nascerentur, per Diabolum a. unde parentes commoverentur, adscribitur sine dubio sanctitas nascentibus & culpa generantibus. Conf. prolixè Dn. D. Gerh. Tom. 2. LL. p. 814. & Dn. D. Meisn. Anthropol. Disp. 22. q. 2. Chem. part. 1. LL. CC.

35. Verum ait *Intimator*: *Omnis, in quibus manifestum est id, quod de* DEo *cognosci potest, &* DEus *hoc ipsum manifestavit: ij manentes increduli sunt inexcusabiles & incredulitatis suæ excusationem nullam habent. Atqui gentibus, V. G. Turcis, manifestum &c. Ergo.*

36. Rt. 1. Concedo totum syllogismum dextrè intellectum: Sed sophisticè non item. Nam 2. vox, *manifestavit*, est ambigua; quam acceptatam de manifestatione salvifica & supernaturali, planè nego; similiter Assumpt. de naturali per crea-

creationem & igniculos in natura resp. 9versionis; Nam illi nec sufficiunt ad salutem, nec ijs homo ad DEum potest converti. Siquidem nemo aut verum DEum essentia unum & personis trinum, aut λόγον incarnatum naturæ dotibus aut igniculis agnoscit, nec vitam totius hominis æternam, aut deniq; ullum articulum fidei novit. Nam etiamsi gentiles norunt esse DEum æternum Numen, verum, justum, sanctum bonum, conditorem mundi sapientissimum; ideoq; colendum; non tamen ipsum, uti sese revelavit in verbo ad salutem norunt: teste Christo Matth. 11. 27. Nam *hæc est vita æterna, ut te agnoscant verum DEum, & quem misisti, Jesum Christum* Joh. 17. 3. Mundus a. nec Christum nec patrem novit Joh. 16. 3. Est *sapientia, quam nemo principum cognovit* 1. Cor. 2. 8. Unde Athenienses Aram ἀγνώστῳ θεῷ. *Ignoto* DEo, inscripserunt Act. 17. 23. Et licet videant esse providentiam, DEumq; authorem esse mundi non tamen ex nihilo, numero sex dierum, Trinitatis esse opus vident, ad suam gloriam & nostram utilitatem conditum. Vid. Rom. 4. 17. & Heb. 11. 1. Conferatur cum naturali cognitione *Lutheri* explicatio super artic. primum. *Breviter.* Quicquid est articulus fidei non nisi per verbum DEi innotescit. *Et contra:* Nullus articulus fidei naturaliter notus est: & vice versa.

37. De

37. Deinde: Committitur *fall. finis.* Nam inexcusabiles sunt gentes DEum naturaliter cognoscentes, non quod cognitio ista ad salutem sufficiat, aut homo igniculis converti possit: sed quod 1. cogitare debuissent, æternum & infinitum Numen non debere coli formis creaturarum, illisq; assimilari & repræsentari: 2. scelera quævis non esse facienda, contra Naturæ dictamen: quo quæ honesta & justa, quæ inhonesta & injusta turpiaq; sunt, indicatur. Rom. 1. v. 19. c. 2. 14. 3. Conscientiæ dictamen in actionibus singulis esse observandum. v. 15. 4. Ut cognitionem veri DEi ulterius inquirerent. Act. 14. 16. & 17. si namq; propterea DEus dedit pluvias, sese demonstravit beneficijs & sustentavit homines, ut ipsum quærerent: utiq; de DEo ulterius inquirere potuissent. Sed prius est. Ergo. Quod patet clarius ex c. 17. 27. Quin eodem fine stupenda DEus miracula in populo suo patravit & templum magnificentissimè exstrui curavit. Nam inde fama ad longinquas regiones pervenit, ac multi sunt conversi. confer Act. 2. 10. 11. 1. Reg. 8. 41. 42.

38. Assertio falsa 3. *Cognitio naturalis Dei recte etiam nomine gratiæ gratis datæ supernaturalis venit, quæ & impijs datur.* Falsa est, inquam:

39. Nam gratia gratis data à Bellarmino definitur *donum supernaturale absq; ullo debito ad alio-*

rum spiritualem salutem præcipuè collatum 1. Cor. 12. Divisiones gratiarum sunt lib. 1. de Grat. & lib. Arb. c. 2. Quam 1. gratiæ naturalis opponit significationi primæ ibid. cap. 1. descriptæ. Collocat v. 2. gratiam gratis datam in miraculis & prædicatione verbi c. 2. dariq; ait 3. primariò ad aliorum, secundariò ad propriam salutem 5. & 4. non consequi naturam, sed supra naturam concedi divinitus. De hac gratia gratis data consule, si libet, ulterius *Becanum* disp de auxilijs Grat. part. 2. c. 1. th. 1. & 2. *Gregor.* de *Valent.* Tom. 2. disp 8 q. 7. punct. 1. cujus novem agnoscunt genera 1. Cor. 12. descripta. Aliter tamen definiunt *Thom.* & *Lombard.* lib. 2. dist. 37. lit. D. Alio modo Bonavent. teste *Vatio* in clave part. 1.

40. Ejusmodi v. supernaturalis gratia, non est naturalis Dei cognitio: siquidem *Intimator* sibi contradicens eam in natura corrupta reliquos esse igniculos imprudenter statuit.

41. Instat v. *Intimator* p. A. 2. §. capite. *Illa benignitas, tolerantia, lenitas, & ad resipiscentiam deducendi studium non competit in lapides, rupes, saxa, stipites aut aridos truncos, neq; etiam in homines omni gratia supernaturali vacuos. Oportet enim in omni objecto sive subjecto proportionem seu aptitudinem inesse recipiendi actionem agentis.*

42. R. Ut prius est verissimum, sic posterius falsis.

falsissimum. Licet namq; naturâ homines sint corde saxei Ezech. 36. quod *Form. concord.* p. 672. dextrè & graviter declarat. Item *Agend. Megalop.* p. 122. tamen 2. discrimen est evidens inter recipiendi naturalem & supernaturalem aptitudinem. Naturaliter & nostris viribus divina non recipimus, cum simus in divinis mortui. Eph. 2. 1. non idonei ad cogitandum quicquam 2. Cor. 3. 5. Verum supernaturaliter convertimur, & omnia adeò dona gratis data (quæ vocantur) in natura corrupta naturaliter non inveniuntur; sed certis hominibus infunduntur cælitus. Unde semper Dona Dei & actiones nominantur. Et Deus nos recreat per Spiritū S. non per gratiæ supernaturalis reliquos igniculos 2. Cor. 5. 18. Ps. 51. 13. 16. 3. In hominem v. naturaliter ista competere, quæ Medicus supernaturali gratiæ refert accepta, ex Aug. Conf. artic. 18. est manifestum: *Potest, ajente, aliquo modo efficere justitiam civilem, seu justitiã operum; potest loqui de Deo, exhibere Deo certum cultum, externo opere obedire magistratibus.* &c. Post pauca: *Cum reliqua sit in natura hominis ratio & judicium de reliquis sensui subjectis, reliquus etiam est delectus earum rerum, & libertas & facultas efficiendæ justitiæ civilis. Id enim vocat scriptura justitiam carnis, quam natura carnalis, h. e. ratio per se efficit sine Spir. S.* Cui rectè Philip. *Melanchton* in

LL. CC. (quem *Intimator* laudat ubiq; : quo fine non est divinatu difficile.). Hortor a. ut Disput. Dn. D. *Affelmanni* de Philippismo fugiendo, *Hutterum* in concordia concordi & initio LL. de Melancht. consulat) To. 1. operum f. 166. b. & fol. seq. 167. b. contra Enthusiasticos raptus. & *Chemnitius* p. 1. LL. CC. f. 22. respondet. 4. Tolerantiæ divitiæ divinæ nihil, præter hominem rationalem, notitijs quibusdam rerum primæ & secundæ tabulæ in foro externo efficiendarum instructum, supponunt. Ut enim pœnæ & præmia libertatem civilem; Sic longanimitas, benignitas & similia, eandem, junctam cum expectatione resipiscentiæ in inquirendo vero Deo, respicit. Nam patres, ac præsertim *Augustinus*, ex ratione pœnarum & præmiorum libertatem in naturalibus, nunquam v. vires resipiscendi, in natura reliquas demonstrarunt; nedum scriptura.

43. Æquè ineptum est illud argumentum. *Homines Legis opus habent scriptum in cordibus suis, conscientijs se mutuo accusant vel absolvunt: Ergo habent gratiam supernaturalem.* Imò v. tantum habent naturalem. Quin, ex mente *Intimatoris*, istas dotes connasci sequeretur. Eundem locum & Pelagiani ad gentilium detorserunt justitiam, sed paulò aliter atq; *Intimator*. Illi conati sunt probare (recito verba August. l. 4. cont. jul. c. 3.)

etiam

etiam alienos à fide Christi, veram posse habere justitiam, eo quod isti teste Apostolo naturaliter, quæ legis sunt, faciunt. Unde Pelagianos inimicos gratiæ appellat, *introducentes hominũ genus: quod Deo placere posit sine Christi fide. Lege naturæ.* Quibus August. non rectè respondisset, si Pelagiani *Intimatoris* supernaturales in natura igniculos agnovissent. Quin turpis est contradictio: fecerunt hæc naturaliter: ut dicit *Apostolus*, & fecerunt ex igniculis supernaturalibus: quod contendit *Intimator*.

44. Objicit locum Matt. 23. 37. & concludit: *Voluit Deus non voluntate violenta & absolutâ, sed beneplaciti congregare judæos: nam erant homines. Qui nolentes converti, sunt inexcusabiles; non minus, quæ gentes: quia debuerant & potuerant ijs, quos dixi, igniculis uti ad conversionem.*

45. R. *Intimator* supra peccatum originis carentiam justitiæ originalis, imò contrarij dispositionem malam esse asseruit: quicum ut gratia & libertas supernaturalis consistit? concilia n: Homo justitia originali caret: &, homo naturâ supernaturales habet igniculos, quibus sese potest convertere. Verùm majoris monstri quid alit. *Quale n. beneplacitum* divinum hic intelligatur, nobis Arminiana Acta Synodal. p. 8. 9. plenè pandunt. Nam volunt quod Deus *interdum civitatem aut gentem ad Evangelij communionem vocet, quam*

non absolutè, sed comparatè dignam pronunciet, respectu ejus vid: quæ oblatum Evangelium indignè respuit, vel alijs horrendis sceleribus se totam mancipavit: licet interdum aliquos vocet, qui sese maximis flagitijs polluerant, ideoq; vocari non meruerant; tamen ex solo beneplacito dignetur Evangelij præconio. Quos prætereat Deus ex liberrimo beneplacito prætereat, eo quod semper veritatem in injustitia detineant. 2. Form. Conc. ex Scriptura rem multis propositionibus accuratè determinat p. 577. & p. 579. Et p. 581. ait: *Rejicimus etiam damnamusq; Enthusiastarum errorem, qui fingunt Deum immediatè absq; verbi auditu, & sine Sacramentorum usu homines ad sese trahere, illuminare* (supernaturalem gratiam & dona dare) *justificare & salvare.* Acta colloq. Marpurg. Anno 1529. habiti historiæ Aug. Conf. inserta Edit. Lipsi. Anno 1585. ex literis Melancht. ad Johannem Electorem hoc refutant p. 121. tanquam dogma Munceri, *quod Zinglianj docebant Spiritum S. non per verbum & Sacramenta, sed sine verbo & Sacramentis donari.* Quibus Lutherus, Philip. & reliqui Theologi hunc articulum opposuerunt, die 3. Octob, *Quod Spiritus S. de via Ordinaria loquendo, nemini hanc fidē & donum suum largiatur, nisi præcedente concione, seu verbo vocali, seu Evangelio Christi, sed per & cum verbo vocali operatur, & efficit fidem, ubi & in quibus*

bus ipsi visum est Rom. 10. De Baptismo artic. 9. seq. hæc tradunt: *Quod Baptismus sit Sacram. ad hanc fidē (Efficiendam* NB. & *Obsignandam) â Deo institutum ibid.* p. 130. aut Edit. Germ. f 97. & 104. 3. Christus Hierosolymam non igniculis naturæ supernaturalibus (qui merum figmentum) visitavit, sed verbo tam â Prophetis, quam a semetipso prædicato. *Verbum n. est potentia Dei ad salutem omni credenti,* Rom. 1. 16. Ex quo nascitur fides cap. 10. 17. 1. Petr. 1. 23. videatur *Form. Concord.* p. 672. nobis ὁμόψηφον. 4. Impij possunt resistere verbo & Spiritui S. per verbum ordinatis, non absolutis viribus agenti. Act. 7. 51. Luc. 7. 30. Gen. 6. 3. obdurare cor, & rebellare Spiritui. Heb. 3. 8. Ps. 95. 8. Esa. 63. 10. 5. Non est par contrarietas; noluerunt se congregari. Ergo potuerunt sese congregare: verum potuissent congregari, non hostiliter resistentes: Nam nolle ex suis viribus habet homo, eiq; naturaliter post lapsum inest. Quod præter scripturam passim id docentem agnoscit *Form. concord.* p. 679: adeoq; in homine ad sese convertendum est *capacitas merè passiva* ibid. p. 662. Et Lutherus inquit in Expl. artic. 3. Symboli. Credo *me propriæ rationis meæ viribus Jesu Christo Domino meo fidere, aut ad eum accedere pervenire NULLO modo posse; sed Sp. S. per Evangelium me vocavit.* Conversio igi-

tur non nisi ex verbo habetur, quam Spiritus S. creationem novam esse indigitat. Ps. 51. 12. 2. Cor. 5. 17.

46. Scribit ulterius *Intimator, Calumniam semi Pelagianismi ne vix effugisse Philipp. Melanchtonem.* &c. Nos Philippum usq; ad B. Lutheri ferè mortem mansisse sanum accepimus: quod etiam priores LL. CC. editiones confirmant. Postea synergiæ arbitrij dedisse locum, verba, ab *Intimatore* allegata alijsq; libris extantia, declamitant. Quibus similia recensèt & refutat *Heshusius* lib. cujus titulus Häuptstück Christlicher Lehr; & *Hutterus* in LL. CC. titulo de Liber. Arbit. Proinde hæc verba *Intimatorii* crassè Pelagianizant: *Hoc apprehendere* (ubi voluntas cum S. S. concurrit) *promissionem, hoc assentiri, hoc concurrere cum misericordia Dei, & efficacia* Spiritus S. non merè est naturale. Quod si fortè putet *Intimator* cum suis Arminianis hoc non esse Pelagianum, in Actis Synodalibus part. 4. pag. 22: infra in Collatione in sole clariorem lucè proferemus. Contrarium v. concludunt *Principes* & Ecclesiæ nostræ in *Agendu Megal.* p. 112. b. Also bekehret GOTT deß Menschen willen/ welcher von GOtt gantz abgekehret/ vnd auß eigener krafft/ vnnd mit seinem modi agendi nichtes anders als das böse ist/ vnnd GOtt zuwider ist/ thun kan/ daß er desselbigen

Men-

Menschen wesen nicht gantz auß dem Menschen außrottet/ sondern durch die Predigt seines Worts/ vnnd durch die betrachtung Göttlicher dräwungen/ vnd verheissungen wiederumb zu sich zeucht vnd bekehret/ vnnd mit seiner Göttlichen krafft vnd wirckung den bösen willen in einen guten willen verwandelt/ vnd wiedergebieret/ vnnd demselbigen hilfft/ daß er forthin willig vnd gerne GOtt gleuben/ fürchten/ lieben/ anruffen/ vnnd jhm dienen wil vnd kan.

47. Status v. & Ecclesiæ nostræ in *Form. concord.* te ita condemnant p. 581. *Item cum docetur, licet homo non renatus ratione liberi arbitrij ante sui regenerationem infirmior quidem sit, quam ut conversioni suæ initium facere, atq; proprijs viribus sese ad Deum convertere, & legi Dei toto corde parere valeat: tamen si Spiritus S.* &c. clarius eadem p. 656. §. *credimus quod hominis.* vides hic *Intimator*, cum Philippo te justè rejici.

48. Cui nec locus *Tit. 2. 11.* patrocinatur, ex quo infert ita: *Gratia Dei illuxit &c. Ergo non debet detineri in injustitia* Rom. 1. 18. R. Egregiè! Nunquid gratia salutaris supernaturalis potest in injustitia detineri? cognitio quidem Dei naturalis, addo & literalis, verbi Dei, veritasq; in injustitia detineri potest Rom. 1. 18. Num. 24. 4. Matt. 7. 22. Sed non item gratia Dei salvifica, quam fons sic effert;

ἐφάνη γὰρ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ, ἡ σωτηρίος πᾶσιν ἀνθρώποις: *Apparuit n. gratia Dei, illa* inquam, *salutaris* (quod repetitio articuli ἡ vult) *omnibus hominibus.* Igitur illa gratia hic intelligitur quæ 1. est salutaris. At cognitio illa Rō. 1. & 2. descripta non est salutaris quod præter superiora ex 1. Cor. 2. 8. Mat. 11. 27. claret. Ergò illa non intelligitur. 2. Illa intelligitur, quæ erudit de Christo Tit. 2. 13. 14. 3. Quæ non consistit cum impietate 1. Joh. 3. 14. c. 4. 7. & seqq. Jacob. 2. 17. 4. Quæ effectus spiritus est in prædicando verbo. Gratia namq; Dei diffusa est, in cordibus nostris per Spiritum S. Rom: 5. 5. At v. talis non est quæ Rom 1, & 2. cap. describitur, sed φρόνημα σαρκὸς adversans Deo subjectivè considerata. Rom: 8. 7. Deniq; *illa* apparet per prædicationem verbi, ac meritum Christi acquisitivè, aut omnibus oblativè, sed non applicatur & subjectivè inhæret, ut *hæc* Rom: 1. & 2. descripta. Insunt n. Κοιναὶ ἔννοιαι cunctis hominibus. Verum ad hunc locum, ex mente Intimatoris intelligendum plenius alijs adminiculis est opus.

49. Sequitur proinde falsissimam esse Pelagianizantem hanc *Intimatoris* conclusionem: *In natura videlicet corrupta adhuc reliquos esse divinæ gratiæ igniculos, & omnes homines esse inexcusabiles & justæ condemnationi obnoxios, quicunq; igniculos illos*

illos non conjungunt, cum novâ Spiritus S. gratia in prædicatione Evangelij seſe exerente: Hanc v. esse gratiam salutiferam ex Tit: 2. 11. & vigere ubiq; paulò ante asseruit. Qui idem sibi crassè contradicit ajens in *Intimatione* 4. Febr. publicatâ: *Impossibile est quenquam salvari extra Dei fœdus, extra Ecclesiam sine gratia, sine Christo, sine Spiritu S. sine peccatorum remissione, sine sanctificatione.* Concilia quæso: nemo salvari potest extra Ecclesiam: &, sunt in corruptâ natura gratiæ supernaturalis igniculi, quibus homo seſe potest convertere. *Item*, Impossibile est quenquam salvari extra Ecclesiam: Et tamen gratia salutifera Christi extra Ecclesiam offertur omnibus. Verum & hanc, cum præcedd: *assert*. Intimatorem ex Schola Arminianorum mutuo accepisse posteâ ad oculum demonstrabo.

50. Assertio 4. *Quin & hoc credo Platonũ, & aliorum Philosophorum*, qui *hac Luce Naturæ h. e. â Deo naturæ indita, rectè fuerunt usi, conditionem in futuro seculo tolerabiliorem futuram conditione eorum, qui veritatem injustè detinuerunt, & qui cum Deum ex rebus creatis cognoverunt, tamen ut Deum non glorificaverunt* Esse & hanc Arminianam ex collatione infra apparebit. Verùm quid colliges hinc aliud, quam 1. Philosophos

&

& alios Deum rectè noviſſe, & glorificaſſe, 2. rectè uſos eſſe ignioulis ſupernaturalibus. 3. Tolerabiliorem proinde habituros in alterâ vitâ conditionem? Quare v. non cum Cinglio directè gentes in cœlo collocaſti? cujus errorem vide confutatum â B. *Luthero* in comment. in Geneſ. 47. p. 699. *Auguſt.* l. 3. contra Julianum. l. 3. c. 3. Epiſt. 49. q. 2. vide & *Chemnit.* in LL. CC. part. 1. p. 21. *VVigandum* in Sacramentarijsmo. *Hunn.* in lib. contra Embdenſes. Legi etiam poteſt pars 4: *Novæ conſiderat.* contra Joh. Crocium. p. 427. Imò & in *Agendo Megalp.* p. 93. in *appendice* ſic *Intimatorem* Eccleſiæ noſtræ rejiciunt. Wieder den vierden Artical von der Rechtfertigung des Glaubens/ daß auch die Heyden/ welche von Chriſto nichts gewuſt/ ſondern ein euſſerlich erbar Leben geführet/ in Himmel kommen/ vnd ſelig worden ſeyn. Et Apol. Aug. Confeſſ. p. 218. in *Form. concord.* concludit. *Hæ ſunt cauſæ* (quas ſcil. recitarat) *quare & civilis juſtitiæ rara ſit inter homines ſicut videmus ne ipſos quidem Philoſophos eandem conſequutos eſſe, qui videntur eam expetiviſſe.* Confer & reliqua, quæ præcedunt & ſequuntur. Deinde: differentia eſt inter tolerabiliorem conditionem in inferno, & liberationem ſalutis ſanctorum. Gravior quidem homines non renatos, alios alijs damnatio manet Matt. 11. 21. c. 23. 14. Rom. 2, 5. quemadmodum

modum & gloriæ pios 1. Cor. 15. 40. 41. Matt. 13. 23. Salutem v. habituros scriptura sonorè negat Nam Joh. 3. 18. super eos ira Dei manet, 2. Et num rectè usi sunt Naturæ luce? Fortasse juxta illud: *Quicquid non est ex fide peccatum est*, Rom. 14. 13. Ideoq; *impossibile est, ut possit placere Deo* Heb. 11. 6. Nam immundis nihil est mundum Tit. 1. 15. Verumtamen & hic forum poli à foro soli distinguendum est: quod qui fieri debeat Aæ conf. art. 18. tradit. 3. Paulus Rom. 1. de *omnibus* gentilibus enunciat, quod veritatem in injustitia detineant v. 18. & seqq. Quod inductio cap. 2. 14. 15. & conclusio c. 3. 20. 23. & c. 8. 1. confirmat. confer eruditè de hac materiâ differentem Dn. D. *Mentzerum* Tom. VII. Giess. p. 25. th. 29. & p. 31. 56. 4. Nihil jam de Platonis & Philosophorum statutis impijs, multaq; injustitia commemorabo; licet ipsi in multis Politiæ humanæ fuerint utiles.

51. Ad 3. distinguit Scriptura inter cognitionem *literalem* (quarum utraq; in subjecto, etiam non renato, invenitur: *illa* in hæreticis alijsq; eruditis malè viventibus. conf. Num. 23. & 24, Joh. 13. & Joh. 6. cum Matt. 10.: ubi Judas concionatur & miracula patrat, item Jacob. 2. Act. 26. & c. *hæc* in omnibus hominibus Rō. 1. & 2.) *& salvificam* 1. Cor. 2. 8. Joh. 10. 4. Apoc. 14. 1. Johan. 3, 5. interq; imper-

imperfectam & perfectam ad salutem sufficientē. *Denig,* impiè asseritur, Gentiles Philosophos glorificasse Deum: cum cultus eorum fuerit abominabilis. Placet *Intimatori* hoc Lutheri judicium ex libro de *Servo Arbitr.* objectare lit. F. iiij. *Si palàm ab omnibus agnoscerentur* (gemmæ verbi Dei) *quomodo fieri posset, ut sit in mundo vexarentur & affligerentur? ut Paulus dicit, si cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Item. *Quid omnibus* (gentilium virtutibus) *nisi speciem externam operum monstrare poterit? An cor eorum vidisti? Imò simul in specie operis apparuit, quod pro gloria SUA hæc omnia gesserunt, ita ut nec puduerit confiteri & gloriari sese gloriam suam quærere.* Postea subjicit: *Sed ut sit hoc honestum apud homines, apud Deum, tamen nihil est inhonestius, imò impiissimum & summum sacrilegium. Nam non pro gloria DEi ista egerunt, sed DEi gloriam sibi tribuerunt. Summa,* Nunquam magis inhonesti & turpiores fuerunt, *quam dum in summis suis virtutibus fulserunt.*

52. Assertio V. falsa. *Ex sanctis parentibus sancti nascuntur liberi, sanctitate fœderali & spirituali, ex Christianis Christiani.* Sic n. inquit in *Program.* 4. Febr. affixo. A 3 § cœterum: *Per hanc (sanctitatem infantum fidelium) intelligendam esse sanctitatem salvificam æterni DEi fœderis.*

53. Non videtur esse operæ pretium testimo-

nijs

nijs ex Calvinianorum scriptis adductis demonstrare, Assert. hanc esse Calvinianam: quæ, qui desiderat, in *Sigwarti Admonit. p: 496. Et Hutteri Irenico* Christ: contra Pareum magno numero inveniet. Porrò: hanc assertionem ut Calvinianam *Principes nostræq; Ecclesiæ* in *Agendis Megal.* in Appendice rejiciunt p 105: ubi vocatur hic esse error noxius. Ein schädlicher Jrthumb. Et p. 103. inquiunt: Zum andern/ gleuben die Sacramentirer nicht/ daß der gleubigen Christen Kinder/ vor der Tauff wegen der angebornen Sünde/ mit vnter dem Reich vnd gewalt deß Satans seyn/ sondern mit der natürlichen Geburt auß gleubigen Eltern das mit sich bringen/ daß sie für der Tauff vnd ohn der Tauff/ warhafftig im Reich CHristi vnd Kinder der Gnaden sein. &c. Et p: 35. b. Was ist zu halten von der Sacramentirer vnnd Widertäuffer Lehre/ daß der Gleubigen Kinder für der Tauff nicht sein vnter dem Reich vnd gewalt deß Teuffels/ sondern warhafftig Glieder im Reich Gottes? Diese Lehre verwirfft der Heilige Geist/ vnd zeuget/ daß auch der Gleubigen Kinder auß sündlichen Samen gezeugt/ vnd in Sünden empfangen Psal: 51. Vnrein auß vnreinen Samen Job. 14. Vnd demnach von Natur Kinder deß Zorns sein/ so wol als die andern Eph: 2. Vnd jhre fleischliche Geburt nicht weiniger verdam-

dam-

damlich/ als der andern Joh. 3. Vnd hat dieser Lehre Joh. der Evangelist auß eingeben deß H. Geistes/ lange zuvor/ ehe sie auffkommen/ begegnet/ da er also in seinem Evangelio cap. 1. geschrieben: Wie viel Jhn aber auffnamen/ denen gab Er macht Gottes Kinder zu werden/ die an seinen Namen gleuben/ welche nicht von dem geblüt/ noch von dem willen eines Mannes/ sondern von GOtt geboren sind. Nun werden sie aber von GOtt geborn/ nicht jure hæreditario, sondern durch die heilige Tauff/ als ein Bad vnnd Mittel dazu von GOtt verordnet/ daß wir dadurch wiedergeborn/ vnnd also Kinder GOttes werden/ Joh. 3. Tit. 3.

54. Verum & nos ita impugnamus. Qui 1. sunt in peccatis mortui 2 mente & voluntate corrupti. 3. sunt arbores putres tantùm malæ. 4. sub ira Dei & damnatione. 5. Caro de carne regnum Dei non valens ingredi. 6. sub maledicto. 7. Extra Christum & alieni a Rep. Israelis. 8. immundi. 9. Nullo modo liberati a peccato & inserti Christo. 10. & quorum sanctitatem asserere est dogma 1. Valentinianorum 2. Manichæorum. 3. Anabaptistarum 4. Calvinistarum 5. Reliquiæ crassi Pelagianismi: Illi non sunt revera sanctitate fœderali & interna sancti. Atqui infantes. Ergo.

55. Assumptionis membrum 1. probo ex Ep. ad

ad Eph. 2. 1. 5. Ezech. 47. v. 11. Joh. 1. 4. *Christus est vita*, extra quē quisquis est in morte & tenebris manet. Luc. 1. 79. 1. Joh. 2. 9. *Qui non credit non habet vitam* Joh. 5, 25. Infantes verò *Intimatori* non credunt. Ergo. Christus est vita & resurrectio Joh. 11, 25. 1. Joh. 3, 14. II. *Mente & voluntate corrupti. Illa*, Gen. 6, 5. c. 8, 21. Matth. 15, 19. c. 18, 17. Rom. 1, 21. 25. Act: 17, 30. 1. Cor. 3, 5. *Hac*, Rom. 7, 13. Matth. c. 15, 19. Heb. 12, 1. & 15. Jac. 4, 5. Joh. 8, 34. Gal. 5, 20. 21. Eph. 3, 22. III. *Sunt arbor ex omni parte putris, tantum mala faciens* Matth. 7. 8. IV. *Sub ira & damnatione* Joh. 3, 18. Eph. 2, 3.

56. Excipit *Intimator, infantes gentiles non esse filios iræ ob peccatum originis: sed ob carentiam promissionis Gen. 17, 7. Et Eph. 2. non duci Esiu, sed ERATIS natura filij iræ. Nam Paulus de Ephesijs non conversis loquatur: quod inepte ad infantes fidelium rapiatur.*

57. R. 1. Dicuntur filij iræ homines non credentes: quod sint sub maledicto legis & ira Dei Gal. 3, 10. 13. *Peccata namq; dividunt inter DEum & nos* Es. 59, 2. Gen. 2, 17. c. 3, 7. 15. 19. Exod. 33, 7. In credentibus verò, & qui 1. renati sunt & Christum induerunt Gal. 3. 27. nihil est damnabile Rom. 8, 1. 2. placent Deo per fidem Christi. Heb. 11, 6. Sunt igitur sub gratia Rom. 11. 6. Gal.

3, 9. 2. Falsum est, Dn. D. *Hunnium* p. m. censere infantes in fidelium esse filios iræ ob carentiam promissionis illius Gen. 17. Nam immundos istic dici censet, immunditia non tam originali quam Ecclesiastica & Levitica: qua ut leprosi & alij ceremonialiter immundi homines extra castra manebant: sic infidelium liberis extra castra Ecclesiæ manendum erat: nisi vel parentes sese convertebant, vel certis medijs in Christianorum potestatem perveniebant, vel deniq; adulti ipsi credebant. Ex adverso autem nostri sunt mundi & sancti, qui admitti possunt. 1. Cor. 7, 14.

58. Ad. 2: Nil juvat *Intimatorem* loqui Paulum in præterito. Nam quamvis Ephesij, cum hæc scribebantur, crederent, essentq; abluti, & sanctificati 1. Cor. 6, 11. Erant tamen ante sui conversionem filij iræ. Huic loco rectè appono illum Joh. 3, 18. *Qui non credit super eum ira Dei manet.* Sed clarius Intimatorem textus confundit: quod, velim, non meis, sed *Agendii Megal.* ex verbo DEi asserentib. credat, p. 104: quæ ipse ut Professor hujus illustris Academiæ, ac si nostras religione cupit haberi, rejicere non debet. Eph. 2. inquiunt, Wir (die wir von beschnittenen Eltern geboren sind) waren auch von Natur Kinder deß Zorns/ gleich wie die andern (die von Heydnischen Eltern geborn sind). Quam explicationem oppositio in-

voco

voce vos, (gentiles) vers. 1. & Nos judæi vers. 3. confirmat. 2. comparatio, qua judæi in ira naturali τοῖς λοιποῖς, (gentilibus) comparantur. Cum verò & *Intimator* Infantibus deroget fidem, hoc tonitru Christi & Pauli vix juxta ipsum effugient. Quamvis tamen 3. non negem gentiles esse omni modo extra civitatem sanctam, sine Christo & promissionibus: nostris verò infantibus esse factam promissionem & habere jus ad fœdus, esse in Ecclesia: sed nondum in fœdere & de Ecclesia: usque dum ordine divinitus constituto sibi promissiones & fœdus applicant.

59. Instat, *si infantes fidelium ideò appellantur sancti, quia aditus illis ad baptismum patet. Ergo & Turcæ fuerint sancti.* R. Imò nominat illos Apostolus immundos 1. Cor. 7. 14. Tit. 1, 15. nostros 2. infantes sanctos: quod 1. sint in Ecclesia & civitate sancta, quibus aditus ad jura civitatis patet. 2. Ejus sint bonum Deo offerendum. Quicunq, namq, ut bonum Ecclesiæ, sunt in Ecclesia, hic dicuntur mundi. Turcæ verò non sunt bonum Ecclesiæ, nec ejus possessio: Sed foris 1. Cor. 5, 12. extra civitatem, extranei a Rep. Christiana & promissionibus Eph. 2, 12. Ergo nec sancti & mundi appellari queunt, priusquam Christianismũ susciplunt, atq; aditum fide sibi ad Ecclesiam patefaciunt. Veruntamen 3. Cum, quæstio sit de In-

fantibus : ubi *Intimator* Turcarum infantibus, quandiu Turcarum sunt possessio, jus baptismi datum & baptizatos vidit? Nullibi. Imò illis tanquam suibus & hominibus immundis margaritæ non objiciuntur Matth. 7, 6.

60 De fidelium infantibus ante baptismum denatis non dubitatur esse salvatos ob hanc causam: quod fœdus & præceptum DEi non transgrediantur & spernant: qualibus DEus *sese DEum recepit futurum* Gen. 17. 7. 12. Unde & David ad filiolum septimo die a nativitate denatum se transiturum, nō in damnatorum sentinam, sed paradisum sperabat 2. Sam. 12. 23: Salvantur igitur, quod Deus salutis media, ordinaria, non sibi extraordinariè acturo, sed nobis præscripsit ordinariè ad nos servandum. Ille namq;, præter hanc regulam & verbi ordinarium ministerium, novit salvare infantes. Vnde nec baptismo est *absolutè*, sed ordinatè ob mandatū ad salutem necessarius. Mar. 16. ult. Luc. 23, 42. Confer *Agenda Megapol.* p. 216. inprimis p. 218. 219. quibus Melancth. ex Lutheri Tom. 8. Jen. prolixè infantum ante baptismū abreptorum parentes consolatur: In hoc n. Infantum casu valet id Augustini decantatum; quod non *privatio Sacramenti sed contemptus damnet.* Quo cum confer Gen. 17. 12. Luc. 7. 30. Act. 2. 39. Jos. 5. 5. & 6. Exod. 4. 25. Breviter: contemptus vindicatur & necessitas excusatur. 61. Ais

61. Als *id patefeciſſet* DEus *in verbo* §. Nec ferendum. *Intimat.* 4. Febr. affixâ. *ubi hoc noſtrum axioma* (Deum non ſibi, ſed nobis præſcripſiſſe regulam) *vocat novum.* R. Non eſt novum, ſed in promiſſione Geneſ. 17. fundatum; dum mares usq; ad octavam diem ſuperſtites obligabat: idq; ordinariè, non in deſerto, ſimilive periculo. Joſ. 5, 6. Repetitur etiam a Chriſto Marc. 16, 16. & Petro Act. 2, 39. & exemplis confirmatur Luc. 23. ut, & Martyrum Catechumenorum. Proinde & Melanchthon in *Agendis Megal.* p. 218. his verbis ex B. Luthero repetivit, GOTT hat nicht (ſpricht man) an die Sacrament ſeine macht gebunden/ aber durch ſein Wort hat er ſich mit vns verbunden. Verum quis ferret petulantiam iſtam: exagitare tanquam nova, quæ certo reſpectu ſunt ordinaria, inq; codice ſacro *fundata*?

Fac tua, quæ tua ſunt, quæ vera profeſſio poſcit; Scrutare & doce Galenum: Codicem v. ſacrum & religionis Profeſſionem ſuis doctoribus ac Profeſſoribus relinque: Ne, quod calumniando de alijs viris benè meritis ſcribis, ipſe incurras: *Currebant & non mittebam eos.* Jer. 23, 21. Nevè ſis inter vulpes hæreticas vineam devaſtantes videas Cant. 2, 15.

62. V. *Caro de carne cœlum non intrans* Joh. 3, 5. Gal. 5, 20. 21. Rom. 8. 21. Gen. 6, 5. VI. *Sub male-*

maledicto Gal. 3, 9. Deut. 27, 26. VII. *Extra Christum & alieni a Rep. Israëlis* Eph. 2, 12. quod insitionem Gal. 3, 27. Tit. 3, 7. Extra fœdus Act. 2, 38. immundi Job. 15, 14. Tit. 1. 15. Esa. 6, 4. VIII. *Nullo modo a peccatis liberati*: quod fit *fide* Act. 15, 8. & baptismo 1. Cor. 6, 11. Actor. 22, 16. aqua & Spiritu Sancto. Joh. 3, 5. IX. Infantum v. sanctitatem internam fœderalemq; asserere: Est dogma 1. *Borboritarum & Manichæorum*: qui quosdam ab utero immutabiliter sanctos & puros credunt ut *Irenæus* & Epiph. l. 1. tradunt Conf. Pers. Christ, p. 607. 2. *Anabaptistarum*, teste Formula Conc. p. 826. Errore IV. Anabapt. sic illud efferente: *Infantes Christianorum ob eam causam (etiam sine baptismo; & ante susceptum baptisma) sanctos, & filios DEi esse, quod parentibus Christianis prognati sint. Unde & baptismum parvulorum non magnifaciunt, neq; admodum urgent.* Et p. 623. Errore 6. idem repetunt. 3. *Calvinisticum*. Vide Cinglium in Confess. p. 236. Calv. l. 4. Instit. c. 15. l. ult. c. 16. s. 24. Paræum in c. 11. ad Rom. Bezam. &c. 4. *reliquiæ crassi Pelagianismi peccatum originis tollentis*. X. *Contradictorium*. Nam pugnantia sunt: ut th. 69. 74. &c. indicatur. XI. Et rursus. Contradictorium. Nam in Intimatione 30. Octob. affixa dicit a. 3. esse infantem per aquam & Spiritum S. renatum, alboq; inscriptum fidelium,

delium. Quicunq; a demum Albo fidelium inscribitur: is antea non fuit renatus & albo fidelium inscriptus: sed extra civitatem sanctam. Ephes. 2. Atq; infantes. &c. Ergo. XII. *Patribus & primitivæ Ecclesiæ inimicum.* Scribit enim *Tertull.* in Apolog. c. 17: *Fiunt, non nascuntur Christiani.* Quod *Hieronymus* repetit ad Lætam. *Augustin.* de pec. meritis & Remiss. c. 9. *Quid, ait, respondebitis* (Pelagiani) *quare de Christianis non Christianus nascatur, nisi quia non facit generatio, sed regeneratio?* Conf. etiam Anshel. in 1. Cor. 7. *Irenæus* l. 1. adv. Hæres. c. 18. *Leo serm.* 4. in solemn. Nativ. imprimis *Optat. Milevitan.* l. 2. adversus Parmen. *Chrysostom.* Homil. 25. in cap. 3. *Joh. Cassiod.* in cap. 7. Cant. *Justin.* Dial. cum Tryphon. p. 178.

63. Opponitur 1. locus Gen. 17. 7. *Ego sum DEus tuus & seminis tui post te.* R. 1. Calviniani hunc aureum locum *vel* de absolutè electis exponunt, *vel* etiam de reliquis. *Illos* in fœdere internè, *hos* non nisi externè esse contendunt. Quos in *Pers. Christ.* p. 336. confutavi. 2. Promissio est quidem facta Abrahamo & semini ipsius fideli: non fœdus impietate vel negligentia abrumpenti. Proinde nec Ismaëlitarum aliorumq; ejus ex Cethura posterorum; ut nec Edomitarum mansit Deus, adeoq; nec hodiè Turcarum & Judæorum. Nam facta est Ecclesiæ & posteritati credenti, cu-

jus Abraham est pater Rom. 4, 12. 13. Gen. 17. v. 7. in cujus cætu semper futuri erant fideles. Matth. 28, 20. 2. Sam: 7, 12. Ps. 72, 17. Ps. 89, 30, 37. Siquidem Ecclesia quandiu manet in verbo, manet Deus ejus, tanquam seminis Abrahamitici, DEus. Veruntamen filij Ecclesiæ non dicuntur, esse in fœdere ante circumcisionem: quippe quod per eam inibant. v. 10. & seqq. Atq; Petrus Act. 2, 39. adhortatur inde ad pœnitentiam: quoniam *illis sit facta promissio & omnibus, qui longè sunt, & quoscunq; advocaturus erat Dominus DEus noster.* Ecce *Intimator!* Illis, qui erant in generatione prava, ac in tali statu salvari nequibant, facta erat promissio, etiam illis qui longè erant: Veruntamen per baptismum in fœdus ipsum recipiebantur. Et ex 1. Epist. 3, 21. infero. Quibus baptismus fit conscientiæ firma stipulatio & interrogatio adversus Deum: illis antea non fuit illa stipulatio. Sed baptizatis baptismus fit. Ergo &c. Habent igitur infantes jus ad fœdus, licet nondum sint ante baptismum in fœdere. Deniq.: sic respondent *Agenda Megal.* p. 104. b. Aber wo die verheissung nicht appliciret wird/ da machet sie ohne zweiffel nicht selig. Darumb sagt die Augspurgische Conf. vnd Apol. daß die Tauff zur Seligkeit nötig sey. &c.

64. 1. Cor. 7, 14. Rx. Calviniani nec hunc locum

cum possunt de omnibus acceptare infantibus, quod sint sancti: cum multos, absolutè reprobatos, renasci & interne sanctos esse ἀποτίμως eant inficias. 2. Contrariantur sibi: si enim sunt sancti sanctitate interna: quare sine baptismo decedentes non possunt ingredi regnum cœlorum Joh. 3, 5.? Et quare in V. T. anima non circumcisorũ eradicabatur? Gen. 17, 10. 14. 3. Et si hæc (1. Cor. 7, 14) sanctitas interna & spiritualis deprædicatur: gentilis parens ea sanctitate sanctus erit: cur igitur non Ecclesiæ civibus renatis annumeratur? Consentiunt nobis *Agenda Megal.* p. 104. b. dicẽtia: Was den andern Spruch 1. Cor. 7. antrifft/ sonst weren ewere Kinder vnrein/ Ist offentlich/ daß nicht von Reinigkeit vnnd Heiligkeit der Seelen für vnsern HErrn Gott &c: geredet wird.

65. Verùm instat *Intimator: Omnis sanctus est in fœdere. Filij Christianorum sunt sancti. Ergo.* ℟. 1. Si omnis, qui in scriptura sanctus vocatur, est sanctus & in fœdere: vel caper mactandus & primogenita fuerint in fœdere: Quippe sancta nominantur Num. 18, 17. c. 31, 6. Item vituli sanctificati, ut habent LXX, Nam fontes legunt boves; & Persæ occisores & bellatores Es. 13, 3. Judæi sanctificati, ut oves, ad occidendum Jer. 12. ac deniq; scorta & scortatores Deut. 23, 17. ubi tamen puncta variant, quæ, quod κατ' ἀντίφρασιν

sic dicantur ostendunt. Dicitur & bellũ sanctificari pro indici Mich. 3,5. Joël. 3, 9. Quid igitur? sanctitas pro objecti naturâ & varietate variat. Sic Populus totus Israël vocabatur sanctus, quod 1. esset separatus â gentilibus, qui cum permisceri non debebat. Es. 29, 2. 2. Crederet pars magna Deo & fide sanctificaretur Deut. 28, 9. 3. In eo Nazaræi (quorum tamen multi non credebant) ob votum Num. 6. 5. 8. Act. 21. 26. Sic fruges primitiarum Deo oblatæ erant sanctitas Levit. 23, 20. Ac primogenita Exod. 13, 2. A primitijs ergo frugum & primogenitis animalium translatus fuit typus ad infantes. Nam primogenitis oblatis Domino, licebat reliquis, ceu benedictis & a Deo concessis cibis, uti. Huc respicit Apostolus Rom. 11. 16. *Si* inquiens, *primitiæ sanctæ, (sancta) & massa: Et si radix sancta, etiam rami.* Ut igitur olim judæis aditus ad sacra patebat: sic etiam infantibus nostris, non v. alienis. Utq; fruges erant Leviticâ & ceremoniali sive legali sanctitate sanctæ, sic infantes ante baptismum sanctitate gaudent Ecclesiasticâ. *Similiter:* puritas alia est moralis a peccato, alia ceremonialis: qua gentiles habebantur impuri, quibus templum non licebat ingredi cum judæis; quin & carnes tactæ re illicita, ineptæ evadebant sacrificio; ideoq; κοιναὶ ἀντίφρασιν sanctæ vocantur. Hab. 2, 13. 14. Non desunt qui

qui typum ab immundis, ut leprosis & alijs petunt, quibus castra non licebat ingredi. Quem typum illustrationis causa libenter accipimus: licet priores propius accedere videantur. Proinde infantes non interna sanctitate sunt mundi & sancti; quippe quâ *sunt caro de carne* Joh. 3, 5. 6. immundi. Tit. 1, 15. Job. 15, 14. filij iræ Eph. 2, 3. Joh. 1, 18. sed externâ, quâ à gentilibus discreti in sinu Ecclesiæ nascuntur. Quare illa hîc intelligitur sanctitas & puritas, quæ gentili conjugi infideli competit, Christum odio persequenti. Atqui puritas cordis & remissionis peccatorum (Es. 6. 4.) ipsi non competit. Ergo. Non v. honestas conjugij defenditur: siquidē eam honestis gentilibus & populis non defuisse scriptura nunq. indubium vocat. Superest ergo legalis & Ecclesiastica.

66. Ne clames infantes *ejusmodi vigore fœderis à Deo initi cum fidelibus singulis, esse sanctos. Nam fœdus iniit Deus* cum Abrahamo & semine ejus Gen. 17, 7. & seqq. non absolutè, sed si fœdus servet. Proinde 2. repetimus distinctionem inter promissionem fœderis & jus in promissione.

67. Instas; *Sunt templa Spiritus Sancti aut vasa diaboli in utero matris.* R. 1. Datur tertium vid. filij iræ Eph. 2, 3. Joh. 3, 18. Filium verò & vasa diaboli, aut filium Belialis dici, studium effrene, & dominans peccandi describit; filium autem iræ esse

esse notat in genere non renatum. 2. Si vasa diaboli, respectu possessionis & peccati originalis ἐνεργείας continuatæ in irregenitis intelligas, quo impij, ceu mancipia diaboli ducuntur: non impiè idem affirmari posset. Quod etiam cum B. *Luthero*, totaq; Ecclesia nostra *Agenda* in *Exorcismo* adhibendo confitentur; nec malè. Nominantur n. domus Satanæ Matth. 12, 44. 45. ubi in parabola (quam esse redditio v. 45. sonorè ostendit) sumta ab obsessione corporali, spiritualis describitur: adeoq, sunt captivi & præda Satanæ Es. 49, 25. Collocati in fovea in qua non erant aquæ Zach. 9. Vasa iræ Rom. 9, 22. Proinde Satanas mundi dominus vocatur Eph. 6, 12. corda filiorum hujus mundi obcœcans 2. Cor. 4, 4. quos venatur & capit, atq, ut captiva mancipia pro lubitu ducit in suis παγίοις sive vinculis & laqueis 2. Tim. 2, 26. Eph. 2, 2. Nunquid tristior captivitas excogitari posset? Veruntamen 3. quoniam *Intimator* larvis *Sacramentarijs* militat, atq; nostris Ecclesijs ob *Exorcismi* usum, hanc tacitè adscribit absurditatem, quod infantes corporaliter statuant obsessos; malumus ab hac phrasi, si syllabas, spectes, ἀγχάφω & calumnijs plenâ abstinere, quam uti. Nihilominus non possumus *Intimatori* nostro non hæc Principum nostrorum verba considerandâ exhibere, ita ex scriptura tonantium p. 108. In

Agen-

Agenda Megal. Vnd sind also (vnsere Kinder quod ex præced. verbis patet) Kinder deß Zorns geborē/ vmb der Sünde willen ins Teuffels Reich/ in den Todt/ Hell vnd Verdamniß/ deß vns auch die vorigen wort der beschwerung des vnreinen Geistes/ erinnern sollen. &c: Vid. & p. 209. Deinde in Appendice doctrinæ p. 102. hæc legimus: Daß aber die Tauff nicht nur ein Eusserlich Zeichen/ sondern warhafftig ein Badt der Wiedergeburt sey/ dadurch die von Natur Kinder deß Zorns wegen der angebornen Erbsünde/ vnnd darumb vnter dem Reich deß Satans vnnd der ewigen Verdamniß sind/ warhafftig vnnd mit der that Kinder Gottes/ vnd der ewigen Seligkeit/ durch das Wasser vnd Heiligen Geist von newen geboren/ vnnd auß der gewalt deß Satans erlediget/ vnd angenehme Kinder vnd Bürger deß Reichs Gottes werden/ welches sie vor der Tauff nicht gewesen/ sondern in vnd durch die Tauffe warhafftig zu Kindern Gottes angenommen/ vnnd von Sünden gereiniget werden/ sind vnsers Glaubens gründe folgende Zeugnussen &c. Proinde ultimo Juliano Pelagiano idem ferè cum Intimatore sentienti ita respondet August. l. 3. contra illum c. 25: *Arguis me*, inquiens, *quod eos parvulos qui mundum impleverunt, pro quibus Christus mortuus est, Diaboli opus & de morbo natos & ab exordio reos defi-*

definiam. Parvuli inquam opus Diaboli substantialiter non sunt, sed opere Dei originaliter rei sunt. Consona ex Col. 1. 13. (ubi qui *liberantur ex potestate tenebrarum & transferuntur in regnũ Christi*: utiq; antea nõ in hoc, sed illa fuerũt). Cyp. l. 4. Ep. profert, *Diabolũ sc. vires in baptismo amittere*, Hesyc. l. 1. in c. 5. Lev. ait *esse conterimentũ Diaboli* Luth. in c. 27. Gen. *rapi ex manibus Diaboli & offerri Deo vere & realiter.* Hæc spiritus Arminiano-Pelagianus ægrè ferens conviciatur & nos cum Spiritu S. ac patrum Ecclesia ridet.

68. *Peccant, qui infantes non baptizatos filios Ethnicorum vocant,* Heyden Kinder. R. 1. Si hoc absolutè & crudè fieret, peccarent: quoniam 1. sunt in gremio Ecclesiæ nati: quo privilegio a simpliciter extraneis discriminantur. 2. bonum Ecclesiæ. 3. parentes eorum Christiani sunt coagmentati in corpus Christi Eph. 4. 16. saltem externè 1. Cor. 10. 17. *comparatè* verò, respectu conditionis internæ, nempe regenerationis nondum factæ, sunt adhuc verè gentiles, necdum Christũ induerunt; sunt immundi Tit. 1, 15. Caro de carne, & filij iræ.

69. Quare Christianis parentibus id nomen erit argumento: ut infantes simulac nati sunt, Christo offerant, ac per lavacrum regenerationis ablui & fide donari petant. *Intimator* verò hypocrisi

pocrisi, sive Cingliana sive Arminiana & Pelagiana occœcatus, hoc nomen abhorret.

70. 4. Si infantes Christianorum omnes simulatq; nascuntur, sunt templa Spiritus Sancti: quod opus est baptismo? Baptismus enim est lavacrum regenerationis. Tit. 3, 5. Sed quomodo is, qui templum est Spiritus Sancti, regenerari potest: *Imo*: quicunq; homo est templum Spiritus S. est regeratus; regenitus v. ex Spiritu. Omne n. templum Spiritus S. est purum *aut* per creationem; ut in angelis: *aut* regenerationem Spiritus in baptismo aquæ vel verbo illius. Turpis est hæc contradictio: Sunt templa Spiritus S. infantes: & tamen in baptismo demum renascuntur & fiunt ejus templa.

71. *Porro*: Qui negat proprium effectum baptismi, sibi negat & tollit baptismum ipsum. Asserere infantes esse ab utero sanctos, est negare effectum proprium & usum baptismi. Cum enim dicantur caro de carne, ex aqua & Spiritu regenerantur Joh. 3, 6. & sanctificantur Tit. 3, 5. *Et vice versa*: Quicunq; ante baptismum sunt in fœdere & sanctificatione templa Spiritus, quid illis aut ad quid opus est baptismo? Nunquid ut regenerentur? Hoc est effectum idem ponere & removere: perinde ac si dicas. Infans editus est in lucem: & tamen aperit vulvam ut nascatur, acquirit, quod habet.

72. In-

72. Interim libenter damus, quemadmodum Abrahamo adulto & credenti circumcisio fuit signaculum & obsignatio (σφραγὶς) justitiæ, Rō. 4, 11. ita & baptismum adultis esse confirmationem fidei. Infantibus autem est simul & regenerationis & confirmationis atq; obsignationis medium. *Prius* ex alijs scripturæ locis ut Tit. 3, 5, *Posterius*, præter alia, ex Rom. 4, 11. rectè infertur. Ex quibus qua calumnia aliam Abrahamo aliam Isaaco cudis justitiam? *Program.* 4. Febr. affixo, §. *Coronidis*. Aut numquid Abrahamum regeneratum & justificatum, denuò regeneratum & justificatum asseverabis? Certè Paulus id d. l. expressè negat: licet ex tuo Program. videatur fluere.

73. *Deinde*: *alia* est ratio morientium ante baptismum, & in utero exstinctorum: *alia* superstitum, usq; dum baptizari possint. *Hos* intelligit Christus Joh. 3, 5. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu non potest introire regnum Dei.* Et Marc. 16, 16. *Qui crediderit ac baptizatus fuerit, salvus erit.* Et Petrus Act. 2, 38. & c. 10, 47. &c: *Illos* excipit vel necessitas & vis externa, ut latronem Luc. 23, 43. *aut* mors immatura; ut 2. Sam. 17, 18. Proinde Christus de talibus dicit: *Quicunq; non crediderit, condemnabitur.* Unde ex sensu contrario piè & rectè concluditur: quod, qui credit, etiamsi

lamsi casu invincibili præventus, non baptizetur, saluti sit donandus. Prolixè v. *Agenda Megal.* ex B. *Lutheri.* T. 8. *Jen.* pios parentes ejusmodi casibus orbatos progenie sua consolantur p. 216. & seqq.

73. *Rursus:* Quicunq; est internè sanctus ab utero matris, ordinario modo editus. & absq; miraculo illustratus: is caret peccato tam originis quam alijs. Nam ab utrisq; baptizatus abluitur Act 22. 16. c 2. 38. c. 19. 4. non ab originali tantum. Atqui infantes non sunt &c. Ergo.

74. Instat Intimator ex cap. 7. ad Rom. *Paulus erat sanctus, in quo tamen peccatum habitabat.* R. 1. Paulus non est dicto modo natus. 2. Ipse tu supra distinxisti inter formale sive reatum & materiale sive fomitem. *Illo sublato nihil est damnabile in illis, qui sunt in Christo Jesu.* Rom. 8. 1. Nec ipsis dominatur peccatum Rom. 6. 7. 12. Sed magis magisq; mortificatur Col. 2, 11 12. Rom. 6. 7. nedum radix mala manens suppullulando turbat eos Heb 12, 15. 3. Falsa substernitur hypothesis quasi infantes nullo peccato actuali sint infecti. Contrarium ex codice sacro nostratium demonstrarunt plurimi. Tu, si placet, vel solius Dn D. *Justi Feurborn* adi *Fascic. secundum:* & si mens est tibi meliora ostendenti cedere, planissime, quod hic asseris, abjicias.

75. *Deniq.* ponimus esse contradictionem pudendam, dicere; Hominem nasci sanctum sanctitate fœderali; idq; modo ordinario (Nam exemplum Johannis Baptistæ est singularissimum & miraculosum. Quod constat ex Luc. 1. Nam 1. ipse per miraculū promittitur Zachariæ ex uxore sterili & sene 2. Extraordinariè & miraculosè illustratur: Talis namq; nisi esset illustratio non ut insuetum quid prædiceretur. 3 in ipsius circumcisione pater mutus loquitur; Imò 4. vaticinatur) & dicere, hominem esse sanctum sanctitate fœderali. Exempli gratia: David fuit Dei fœderalis, Spiritus S templum cœlum ingressurum, ante circumcisionem: & David fuit caro de carne genitus cœlum non ingressura Joh. 3. 5. 6. Filius gratiæ & filius iræ Ephes. 2 3. Joh. 3, 18. *Habens peccatum originis damnans & afferens NUNC quoq; æternam mortem, his, qui non* RENASCUNTUR (non per immediatam illustrationem Enthusiasticam, sed) *per baptismum & Spiritum Sanctum*: ut decernit *Augustanæ Conf. articulus* secundus: (ubi notandum: quod omnis nativitas carnalis regenerationem sive renascentiam ex Spiritu S & verbo præcedat: quæ propterea non generatio sed regeneratio vocatur, nec distinctione inter *prioritatem temporis, ordinis ac naturæ* inverti potest. Aut numquid etiam regenerationis lavacrum nativitatem

præ-

præcedit: Unde apparet nullam ineſſe infantibus ante baptiſmũ ſanctitatem): Et tamen eſt in gratia & hæres vitæ æternæ: privatus imagine Dei & juſtitia originali, & tamen idem in juſtitia & ſanctitate veritatis ad imaginem Dei reformatus. Epheſ 4, 24.

76. *Iterum*: Qui per baptiſmum in fœdus & civitatem Dei recipiuntur, antea non ſunt in illa (puta ut cives.) Atqui infantes per baptiſmum in fœdus & civitatem Dei recipiuntur. Ergo.

77. Excipit *Intimator* diſting. *inter adultos & infantes: qui habent jus in civitatis rebus & fruuntur illo, usq; dum adulti ſolenni actu, præſtito juramento, in matriculam recipiantur, & jus civitatis iterato illis detur & confirmetur. Imo* (ſic pergit) *infantibus fidelium vigore fœderis etiam ante baptiſmũ ſanctis, in baptiſmo peccatorum remiſsio & ſanctificatio repetitur & de novo datur & confirmatur, ipſiq; actu ſolenni & publico, accedente externo ſymbolo in Eccleſiæ matriculam recipiuntur.*

78. R. 1. Eſt fall. comparatorum diſparium. Nam natus civis a teneris jure civitatis fruitur, ut civis & civitatis bonum ac poſſeſſio 1. ob bonitatem Naturalem, politicam & Ethicam urbe dignã. 2. ut hæres patriæ dignitatis & juris. 3. ut incrementum urbis futurum, ſimilesq; cauſas, quas Politici recenſent.

79. At non item Christianus jus Christianismi per generationem naturalem propagat. In statu quidem integritatis *tam* essentia, *quam* accidentibus & qualitatibus sibi similem generassit homo; at non item renatus & sanctus generat sanctum & renatum. Joh. 3. 5. c. 1. 12. 13. sed carnem de carne, quæ regnum Dei nequit intrare: nisi per aquam & Spiritum S. regeneretur Christumq; induat Gal. 3, 27. Atq; ita membrum Ecclesiæ & Christianus fiat Unde recte dicit Tertullian. *Fiunt, non nascuntur Christiani* Quod repetitum axioma ab Hieronymo, Augustino, & alijs, frustra Medicus allatrat, dicens. §. *illud.* Lit. B. 2. *Materiale Christiani nasci, non formale, videlicet Christianitatem, secundum quam renascatur 2 Dici nihilominus recte* Ein geborner Christ/ ein geborner Türck/ ein geborner Edelman.

80. R. 1 Illud axioma sic tuantur *Principes & Ecclesiæ nostræ in Agenda* p. 36. inquientes: Davon der Spruch deß vhralten Lehrers Tertulliani zu mercken in Apol. c. 17 Fiunt, non nascuntur Christiani, das ist: Die Christen werden nicht geborn/ sondern sie werden erst nach der geburt Christen/ Nemlich/ wenn sie durch die Tauffe Christo einverleibet Rom. 6. Gal. 3. Vnd in der Gemein der Christlichen Kirchen auff vnd angenommen werden. Nam nascitur homo iræ Dei obnoxius, non

Chri-

Christianus; nisi fortè respectu termini ad quem, videlicet Christianissimum suscipiendum. 2. juris quod habet ad Christianissimum & bona Ecclesiæ. 3 distinctionis gratia concedere velimus: quod non inter infideles, Turcas, Judæos aliosq; paganos natus sit. Itaq. sermo ille valdè impropriè & abusivè usurpatur. Nam Christianus non est, nisi qui renatus ex aqua & Spiritu Christum induit, Gal. 3, 27. illumq; imitatur & sequitur Act. 11, 26. 2. In formali τῷ εἶναι Christiani consistit, non in materiali, quo homo est, & omnibus aliis æquiparatur: qui sunt homines, nec tamen Christiani. Quicunq; igitur Christianitatis materialis respectu non nisi homo & caro nascitur, non nascitur Christianus nec est interne sanctus. *Ratio est* quia *Christianitas*, te præeunte, *non innascitur. Iterum*: cujus formale non nascitur, sed renascitur, is malè ab illo, quod non habet, denominatur. Sed Christianorum infantum formale non nascitur, sed, Medico duce, renascitur Ergo. Quid multis? Non nascitur Christianus nec est Deo fœdere æterno conjunctus socius, sed caro damnabilis Joh. 3, 3 filius iræ Eph. 2, 3 Joh. 3, 18. a Deo per peccatum divisus Es. 59, 2. Proinde concilier Medicus si potest: Homo nascitur sanctus sanctitate fœderali: &, Hominis Christiani formale non nascitur, sed renascitur: Et tamen Christianus nascitur?

ſcitur? Hoccine eſt ponere formatum, ſublata forma? Hominem ſine anima? Doctorem natū ſine eruditione ſed cum multa ſtupiditate?

81. Deinde R. nos jus civitatis amiſſum, non per generationem carnalem, ſed Chriſtum recuperamus. Nam *quotquot receperunt eum, dedit eis dignitatem* (ἐξουσίαν poteſtatem) *ut filij Dei fierent, IIS, QUI credunt in nomen* (quod infantes juxta Medicum noſtrum nequeunt) *ejus, qui non ex ſanguine, neq; ex libidine carnis, neq; ex libidine viri, ſed ex DEO GENITI ſunt.* Ioh. 1. 12, 13. Conferatur inſignis Auguſtini Explicatio l. 2. contra Julian. Pelag. *Deus, qui genuit filium ſibi coæternum, quod in principio erat verbum, per quod creavit omne, quod non erat, etiam ipſum creavit hominem ſine vitio, non ex ſemine hominis per virginem natum, in quo regenerat hominem* (non generandum, ſed) *generatum ſanatq; viciatum, a reatu ſtatim, ab infirmitate paulatim.* vid. & l. 3. 13. Sed nec in politicis omnia locum habent. Quare 3. infantibus reſpectu civitatis politicæ ineſt dignitas naturalis, ac multiplex jus & hæreditas: in nobis nihil horum, ſed fœtor Ezech. 16, 4. 6. figmentum perpetuum cogitationum malarum ante converſionem Gen. 6, 5. c. 8, 21. arboris totius carioſæ putredo Matt. 7, 18. Viperæ abjiciendæ natura & mores Rom. 3, 33. ideoq; *excluſi ſumus tempore nativitatis a Rep.*

Iſra-

Israëli, Dei expertes in mundo & absq; Christo Eph. 2, 12. Sed 4. velim edisserat Intimator, Num filii facinorosorũ & eorum, qui jus civitatis amiserunt habeant jus civitatis? Certè leges & jura negant. Atqui nos naturale jus resp. generationis carnalis amisimus. Ergo jus naturale respectu generationis carnalis non habemus. Breviter: juxta nativitatem carnalem sumus extranei, Eph. 2. & caro: non cives & Spiritus Ioh. 3. 5. 4 Scriptura infantes in V. T. per circumcisionem (siquidem illi, qui octavo die non circumcidebantur, & ita fœdus suscipiebant, eradicabantur.) Genes. 17. & in N. T. Act. 2. nos in fœdus per baptismum recipi testatur. 5. Calviniani (ex quorum, ut certè Anabaptistica Schola hæc prodierunt) baptismum tantùm signum regenerationis esse tradunt: idq; commune in externa societate, viventium, non in interna ad vitam verè credentium; non medium regenerationis. Unde nulla baptizatis certitudo salutis provenit, nec vera consolatio. Quod latius in Perfev. p. 554. fuit contra Lud. Crocium ostensum. Noster v. medicus nihilominus regenerationem baptismo tribuens *vel* crassius sibi cõtradicit, *vel* regenerari infantes simulat, *aut* certè, quid sit regeneratio, ignorat. 6. *Rursus*; ut cohærent hæc: Infantes habent remissionem peccatorum & sanctificantur ante baptismum: & tamẽ

caro de carne & filij iræ nascuntur. rei peccato nunc quoq; afferenti damnationem & mortem æternam his, qui non per baptismu & Spiritum S. renascuntur? Hiccine est deprædicatus ille cum Aa Conf. consensus?

82. Miserior longè est *similitudo á materia hominis sumta, remotá, v. elementu, & proximâ, quæ semen; item a sponsalibus, quibus Sponsa imperfectè, & demum per nuptias, plene & perfectè in jus mariti transit: ubi posterior actus priorem confirmet.* Nam in his exemplis, quod imperfectum, perficitur & ad perfectionem justam tendit, in præsenti verò materia a non esse ad esse proceditur; item á naturali ad supernaturale, ad bonum a malo.

83. Instat: *in Apostolis plures sanctificationis actus numerantur: ut 1. circumcisionis. 2. baptismi. 3. dati Spiritus S. ad prædicandum emissi Matth. 10. 4. eoq; in festo Pentecostes ornatu ulterius. 5. quorum & novæ impletionis fit mentio Act. 4. Sic in peccatis remittendis plures notantur actus: quorum posteriores priores confirmant, non impediunt.*

84. R. 1. Non est quæstio, Num plures sint sanctificationis actus & plura peccata remittendi media & causæ regenerationis instrumentales. Sed hoc quæritur, *Num infantes ante baptismum sint sancti sanctitate fœderali.* Quod negamus. *Deinde*, plures esse causas & modos renascentiæ

sive

sive regenerationis, actu ac modo ordinario, agentes, præter verbum Spiritus & baptismum cum secundo Augustanæ Conf. art. & scriptura inficiamur. Adulti ex verbo, semine illo incorruptibili 1. Pet. 1. 23. & infantes ex aqua & spiritu sive baptismo renascuntur Joh. 3. 5. Tit. 3. 5. Proinde 3. falsa substernitur hypothesis de infantum ante baptismum sanctitate. Porro: confundit *Intimator* sanctificationem cum justificatione, cujus illa est consequens, ac deinde cum donis gratiæ gratis datæ 1. Cor. 12. descriptis: quæ non semper sanctificant, sed justificatum sanctificatumq; consequuntur & exornant: adeoq; in non sanctis & justis quandoq; inveniuntur. Quod ipse *Intimator*, vi veritatis coactus, fatetur in *Pregrammat. 11. Aprilis* affixo §. *oporteat* & §. *Gratia* Lit. A. 1. b. Quin tres posteriores actus in Apostolis non novæ erant (si de internis loquaris) sanctificationes: Verum donorum miraculosorum (quæ citra fidem possunt consistere 1. Cor. 13. 1 Joh. 6. 7. c. 13. 2. Num. 23. 5. c. 24. 4. Luc. 22. 32. Matth. 7. 22. 1. Sam. 19. 23. 2. Reg. 2. 15. 16. 2 Sam. 11. & 1. 2. & locis similibus). augmenta aut novæ confirmationes; si verè & propriè loqui velimus. Deniq.; similè de formis sibi in eâdem materia succedentibus, huc tractum est pessimum. Nam forma (E. G.) plantæ materiam vegetabilibus, in ijsq; modo

huic, modò illi speciei adscribit; forma canis animalibus. Esset ergo alia justitia ex verbo, alia ex baptismo, alia ex sanctificatione, alia ex donis. Quod quoq; de donis statuendum foret. Ita profectò varias easq; disparatissimas (ut sic loquar) haberemus justitias & sanctificationes. Et num (ut hoc quoq; tangam) forma sive actus hominis est in Elementis? Nulla: nisi ipsa quoq; rationalia statuemus. Quid multis? Elementa non sunt actu homines, sed eorū juxta corpus materia valdè remota. At num in semine est actus hominis? Atqui tum pereunte semine, actus & formę humanę perirent. Forma igitur hominis est in semine post conceptionem hominis factam. Tum n. homo conjugatus (mas & fœmina Gen. 1, 27. generat hominem animâ & forma constantem. *Summa:* Justificationis & sanctificationis causas instrumentales admittimus, quas Spiritus S. adhibet: non varios earum actus, voce *actus* pro forma (quod similitudines volunt) positâ.

85. Verum excipit ex 1. Cor. 7. *Conjux infidelis â fideli non deserendus est. Medius terminus: quia infantes qui ex tali conjugio nascuntur, vigore divini fœderis sunt sancti.* Unde sic infert: *Nullum matrimonium, ex quo vigore æterni Dei fœderis, infantes sunt sancti; deserendum est. Atqui ex omni matrimonio conjugum unius fidelis, alterius infidelis, &c. Ergo.*

86. R. Argumentum quatuor incedit tibijs: dum *Major* de sanctitate æterni fœderis, *Minor* de sanctitate agit Ecclesiastica; aut certè de interna & fœderali sanctitate acceptam esse nullam ex resolutione Loci 1. Cor. 7. constat. *Deinde* & *Major* falsam supponit hypothesin: quod nimirum sit aliquod conjugium, in quo infantes sint vigore æterni Dei fœderis sancti. Cujusmodi nec ante lapsum nec post lapsum datur. *Non illud*, quod fœdera nō nisi inter dissidentes animo, aut post reconciliationem aut similem consociationem locū habeant. Quod clarius *in Pers.* p. 111. fuit ostensum. *Nec hoc*; quod ex dictis liquet.

87. *At nisi locum illum de sanctitate salvifica interpremur: nullum relinquitur medium, infantes fidelium ante baptismum denatos salvandi.* R. Nos illud ex Gen. 17. & similibus locis dedimus: & qua ratione sanctificentur infantes docuimus. Quemadmodum R. puellæ vi promissionis illius (*Ego sum Deus tuus & seminis tui (omnis) post te*), recipiebantur in fœdus & renascebantur: sic mares extraordinariè sanctificabantur ante octavum diem denascentes. *Porro*: omnis renascentia quandam nativitatem priorem habet; ut spiritualis carnalem. Quem ordinem *Intimator* invertit.

88. Objicitur authoritas *Hunnij* p. m. *infidelium infantes immundos statuentis, non ratione corruptis.*

ruptionis originalis: sed quia illos deficit promissio ad solam spectans Ecclesiam. At frustra: Nam 1. concedimus dici sanctos ob hanc promissionem nostros infantes, sed sanctitate Ecclesiastica, vigore etiam promissionis Gen. 17. & 1. Cor. 7. Quid inde lucraris? Nihil. 2 Evolvat Intimator *Hunnium* in *Comm. super Epistolam* 1. ad Corinth. c. 7. & librum de *Sacramentis* similaq; scripta, ac videat a qua parte stet. Certè si cum Hunnio consentit, etiam nobiscum consentit.

89. Objicit in *Program 6. Decemb.* affixo loca Gen. 17. 17. 12. Exod. 13. 2. Exod. 24. 8 Heb. 19, 19. Deut. 29, 10. c. 31, 12. Jos. 8, 35. 2. Paral. 20, 13. Joel. 2. 16. Matth. 19, 13. Joh. 3, 5. 6. Act. 2, 39. Rom. 3. 4. c. 8. 9. c. 11. 17. 1. Cor. 1, 30. 2. Cor. 5, 17. Eph. 2. 20. c. 5, 26. Addit exempla Act. 7 20, Hierem. 1, 7. Luc. 1, 44. & Authoritatem *Philippi Christianorum infantes a Turcarum secernentis.*

90. R. Ad locum Gen. 17. fuit hactenus abundè responsum.

91. Ex. 13, 2. R. Verba sic jacent. *Sanctifica mihi omne primogenitum: quicquid aperit vulvam in filiis Israel tam in hominibus quam in jumentis.* O Chrysippèum acumen! Loquitur Moses de sanctificatione Levitica, qua ad usum sacrificiorum, & inprimis ad Levitici ministerij sustentationem, sancti-

sanctificabantur sive segregabantur primogenita & quicquid aperit vulvam. Quæcunq; a. sanctificatio competit 1. injustis etiam hominib9(qualis hæc est) ut Ammoni 2. Sam. 13, 13. & c. 3. 2. Hophni 1. Sam. 2. & 4. 2. omnibus animalibus tam mundis quam immundis: illane est sanctificario fœderis divini? Numquid ista sanctificata animalia (ut boves hirci, capræ, & asini) sunt templa Spiritus Sancti? Nam de omnibus animalibus esse sermonem subjecta materia v. 1. 12, 13. ostendit. Sanè miri sancti & mira templa Dei, quæ hic exstruit Intimator.

92. Exod. 24, 8. Heb. 9. 19. R. Hic sanguis fœderis erat V. Testamenti sanguis hircorum & taurorum Heb. 9, 24. non auferens peccata c. 10, 4. Quo V. T. confirmabatur de faciendis omnibus. quæ scripta erant in libro legis, ut facerent Israëlitæ Heb. 9, 24. Exod. 24. v. 7. Quam tamen legem, ut portatu impossibilem Act. 15, 10. nec ab Israëlitis observatam, Deus ipse fecit irritam, promisso novo fœdere Jer. 31. 31. 32. Heb. 8, 13. Sanguis autem ille fœderis fuit 1. typus sanguinis fœderalis Christi Heb. 9 22. 23. & seqq. 2. confirmatio federum, siquidem fœdera inter dissecta sacrificia pangebantur & confirmabantur: quæ transeuntes fœderati dissectionem, ceu sacrificiorum, sibi imprecabantur, si violassent fidem: teste Cy-

ste *Cyrillo* contra Julianum. Ergo nihil hîc de sanctitate internâ spiritus. 3. fœdus illud non vivific. cavit Gal. 3, 21. Jer. 31, 32.

93. Deut. 29, 10. & seqq. c. 31, 12. Jos. 8, 35. 2. Par. 20. 13. Joel. 2, 16. R. Moses non agit de sanctitate infantum ante circumcisionem: (quippe quos hortari nequibat): sed senes & parvulos ut transeant in pactum Dei, & juramentum ejus tunc propositum hortatur: quò populus Dei fiant & non ad alios Deos declinent. Proinde parvuli hi tales erant, qui congregari & audire verba legis poterant; non incircumcisi. Confer clarius id indigitans caput 31, 12. & Jos. 8, 35. 2. Paral. 20. 13. 2. Joel. autem 2. ad preces ex fide faciendas tam senes quam tales parvuli & sugentes ubera congregantur: qui 1. poterant audire & intelligere adultiorum verba. 2. ex fide precabantur 1. Cor. 12, 3. Zach. 12, 10. ideoq; jam circumcisi multo tempore fuerant. Hæc partim Medicum non juvant, partim adversantur ipsi.

94. *Matth 19. 13.* R. 1. Non dicuntur infantes fuisse incircumcisi. Committitur ergo fall. *ignorationis Elenchi.* 2. Invertimus argumentum & fidem habuisse demonstramus. Nam quales erant isti pueri, talium est regnum cœlorum. Atq; isti erant fide simplici & absq; dubitatione credentes: non annorum aliquot, in quibus ratio & malitia crescit. Ergo. Atq; ejusmodi parvulos requirit

quirit Christus Matth. 11, 25. De infantibus autem dicitur & c. 18 6. 10. quod credant in Christum quos Lucas βρέφη vocat c. 18, 15. infantes nondum fantes notans Conf. Luc. 1, 41. 44. c. 2, 12. Act 7. 19. 1. Pet. 2. 2.

95. *Joh. 3, 5. 6.* R. Rursus fall: ἐπὶ ζητήσεως & *Ignorat. Elenchi* incurrit. Siquidem quæstio est, utrum infantes ante baptismum sint sancti; quod Negatur. Medium demonstrationis est: quoniã in baptismo ex aqua & spiritu regenerantur. Qui quæso illi, qui in baptismo renascuntur, jam ante sunt sancti & renati? 2. Invertimus locum ex v. 3. & 5, *Nisi quis renatus fuerit ex aquâ & spiritu, non poterit, &c.* Quæ est propositio non tantum universalis, sed & reciproca. 3. Versu. 6. dicitur: *Quicquid natum est ex carne,* (carnali generatione Joh. 1, 13.) *caro est: & quicquid natum est ex spiritu* (sive per aquæ baptismum v. 5. sive per verbum 1. Pet. 1. 16.) *Spiritus est.*

96. *Act. 2, 39.* R. Illi adhuc erant in generatione mala v. 40. & increduli v. 14. 15. ideoq; nec templa spiritus. Habebant quidem promissionem fœderis v. 39. sed nondum in fœdere jus: quodcompuncti & credentes per baptismum accipiebant, : atq; ita cœtui fidelium adjungebantur. v. 41.

97. *Rom. 3. 4.* R. istic omnes homines esse natu-

naturaliter mendaces & peccatores aversi perhibentur: minimè v. sancti. 2. v, 3. τὰ λόγια (si fortè ad illa Medicus respexit) illis concredita dicuntur & ex parte hodieq; manent Hebrææ veritatis concredita. Nunquid ergo & impij & excæcati judæi sunt in fœdere Dei æterno?

98. *Rom 8. 9.* R. vers. 7, asseveratur φρόνημα σαρκὸς esse inimicitiam adversus Deum, & afferre mortem v. 6. præced. Quia 1. Deo non obedit & subordinatur. 2. Quia ipsi nequit, ob malitiam sibi relictum, subjici v. 7. Nomine verò φρονήματος quid veniat, rectissimè ex Gen. 6, 5. c. 8. 21. perspicitur; Item Matth. 15. 18. & Rom. 1. 21. 28. Vide qualis homo sit ex sese & sua Natura? Nimirum caro. Joh. 3 3. & viperæ Rom. 3, 13. Matth. 3 7. His carnalibus opponuntur adulti credentes & infantes ex baptismo renati Tit. 3,5 Joh. 3,5 quorum φρονήματα, cogitationes & studia sunt sancta & placent Deo Rom. 8. v. 6. 9. & seqq.

99. *Rom. 11. 17.* R. Est similitudo sumta 1. à primitijs frugum, quibus oblatis, vesci licebat reliquis frugibus & massâ. 2. ab arboribus, quibus putatis fructus erant sancti sive liciti, non prohibiti. Hinc, ductâ Metaphorâ, infert Apostolus, si Patriarchis, (quos intelligit teste *Theoph.*) velut primi-

primitijs & stipiti sancto, tantæ sint factæ promissiones & vitam sanctam vixerint: utiq; nonnullos ex filijs infidelibus eorum esse convertendos. Unde in h. l. sic scribit Theophyl: *Consolatur itaq; infideles, judæos, & vos, inquiens, credentes, sanctimoniam comparabitis. Est enim necesse ut delibationi, id est, fermento, & massæ persimilis sit, & radicibus rami. Quod si & vos non hanc fueritis similitudinem nacti, & summæ erit in vobis & pertinaci nequitiæ argumentum.* 2. Juxta Medici nostri collectionem etiamnum omnes judæorum excæcatorum & excisorum liberi forent sancti. Quod absonum.

100. *1. Cor. 1, 30.* R. Crassus est hic *Intimator*: siquidem de Corinthijs baptizatis & credentibus asserit Apostolus, quod ex Deo sint, & illis factus sit Christus sapientia, justitia, sanctificatio & redemptio.

101. *2. Cor. 5, 17. Vos estis in Christo nova creatura.* R. Invertimus: Non enim Enthusiasticus raptus, sed baptismus est medium regenerationis Tit. 3, 5. quo renascimur Joh. 3. 3. 5. 6. & verbum prædicatum 1. Pet. 1, 23. 2. Pet. 1. 19. Ps. 19, 12.

102. *Eph. 2, 20.* R. Infantes ante baptismum sunt ξένοι sive hospites, v. 19, nondum concives; nedum ædificati super fundamento Apostolorum & Prophetarum v. 20, nondum inserti Christo Gal. 3, 27.

102. *Eph. 5, 26.* R. Invertimus: si n. Christus sanctificavit Ecclesiam, purificatam *lavacro aquæ in verbo*, sive baptismo: utiq; ante non fuit sancta.

104. Videamus nunc syllogismos *medici*. Primò sic argumentatur. *omnes, qui sunt sancti: habent Spiritum Sanctum. Et omnes, qui Spiritum Sanctum habent: ydem sunt templa Spiritus S.* Syllogismus. *1. Omnes sancti habent Spiritum S. Omnes infantes fidelium sunt sancti. Ergo omnes infantes fidelium habent Spiritum S. 11. Omnes, qui habent Spiritum Sanctum sunt templa Spiritus S. Omnes infantes fidelium habent Spiritum Sanctum. Ergo omnes infantes fidelium sunt templa Spiritus S.*

105. Si Major (quam tamen *Medicus* convertibilem arbitratur) est simpliciter vera: certè oves, hirci, boves, imò & asini erunt sancti & habebunt Spiritum S: quippe quorum Exod. 13. 2. & seqq. (ex quo, inter cætera loca, sanctitatem hanc cudit) fit diserta & sonora mentio. *Verùm breviter:* Scriptura sanctitatem *aliam* facit salvificam, *aliam* legalem, eamq; variam pro objectorum varietate. Conf. Flatium in clave & alios. *Similiter;* & Spiritus S. *vel* ipso Spiritu, *vel* pro Spiritu donorum, vel fidei salvificæ sumitur. Unde omnes præmissæ in utroq; syllogismo *vel* ambiguitate *vel* aperta falsitate claudicant & fallunt.

106. Act.

106. Act. 10, 47. Petrus *ita concludit. Ijs, qui habent Spiritum S. non deneganda est aqua baptismi.* R. Illi jam credebant, quod præter versum secundum effusio visibilis spiritus indicabat. Ergo baptizandi erant 1. ut fœdus sibi applicarent Act. 2, 39, 41. 2. confirmarentur & obsignarentur in fide Rom. 4, 11. 1. Pet. 3, 21.

107. *Objicit 2. exemplum Mosis Act. 7, 20.* R. Moses placuit Deo per fidem, quâ die octava circumcisus donatus fuit Jos. 5, 5. Exod. 4, 25. Gen. 17, 12, 14.: Non ob immediatam illuminationem. Conf. quæst. seqq.

108. *Jeremiæ* ait (c. 1, 7.) *exemplum est per se clarum. Et quanquam adversarij hunc locum interpretentur de sanctitate ad munus propheticum, tamen sanctificatio (quæ prioritatem ordinis sibi vendicat) ad munus propheticum supponit sanctitatem salvificam æterni Dei fœderis. 2. Nunquam ad infantem profanum dictum fuit, sanctificavi te in utero.*

109. R. 1. Matth. 7, 22. multis prophetantibus & miracula patrantibus dicet Christus, *NUNQUAM novi vos.* Ac 1. Cor. 13. 1. linguæ & donorum Spiritus quoq; in non renatis invenitur. 2. *Sanctificationis* vox est ambigua: qua & Medi ad exscindendos Babylonios leguntur sanctificati, hoc est, destinati & præparati Es. 13. 3. 3. Paulus verò hanc Jeremiæ sanctificationem per separatio-

nem explicat Gal. 1, 15: ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας *matris meæ.* Quam verò sanctitatem internam in Paulo Ecclesiam persequente & Christum blasphemante dices salvificam? Non dicam separationem hanc non per actualem vocationem ab utero, sed in decreto divino esse factam & definitam. Decreta verò Dei quædam; (ut electionis & separationis ad officium aliquod) diverso respectu ad tempus cum peccato & infidelitate consistere possunt: quippe quæ certâ gratiâ & misericordiâ Dei erat auferenda. Quod Paulo contigit Act. 9. Ex his & posterius ruit: siquidem Paulus, blasphemus existens, ad prædicandi munus & apostolatū fuit separatus, & Medis nondum natis, nunquam v. præter paucos, renascendis, præcepit, velut sanctificatis, (לְמִקְדָּשָׁיו) Dominus, & vocavit eos ad excisionem Babel Es. 13, 3.

110. *Exemplum Luc. 1, 8. & seqq. ad v. 36. & deinde a v. 39. ad 46. est clarissimum.*

111. R. Libenter hoc unicum, ambabus, quod ajunt, Veruntamen ut extraordinarium, admittimus. Adeoq; 2. ex eo, contra Calvinianos & *Intimatorem,* Johannem ex fide saltasse & impletum *Spiritu S.* fuisse extraordinario & miraculoso modo probamus. Ubicunq; namq; sunt Spiritus S.

tus S. effecta: ibi est fides: quidem nullus habetur fructus sine arbore Matth. 7, 18 nec fructus Spiritus absq; Spiritu S. Gal. 5, 22. Zach. 12, 10. Atqui in Johanne Baptista nondum nato, cernuntur effecta Spiritus; nempe 1. vera Christi cognitio. 2. gaudium ex præsentia Christi sanctum. 3. impletio Spiritus Sancti: quæ dona non sunt citra fidem. Nam *nemo potest Christum vocare* (ex corde Deo placente) *Dominum absq; Spiritu Sancto.* 1. Cor. 12, 3. *Ac quicquid non ex fide est, peccatum est.* Rom. 14, 23.

112. Quam jejunum verò sit argumentum a salute infantum, ante baptismum denatorum & alijs exemplis sumtum, supra vidimus.

113. *Ezech. 16, 20.* &c. ex Joh. 1. 12. patet. Nam Israelitæ non immediatè Deo genuerunt liberos; siquidem carnem de carne generarunt. cœlum non intraturam Joh. 3, 5. 6: Sed, mediante circumcisione, filios Deo ex Deo regenuerunt. Joh. 1, 13. Quo jure & fœmellæ gaudebant, seseq; ex gente circumcisa prognatas consolabantur Jud. 9, 38: æquè ac David 1. Sam. 17, 26. 36. Ac Deum illas pro circumcisis reputasse liquet inde, quod ex agno paschali vescebantur: Ex. 12, 13. 4. Deut. 16. 3. 4. 11. ad quem nemo nisi circumcisus admittebatur. Ex. 12. 47.

114. Assertio VI. falsa. *Infantes carent fide actuali.*

115. Magna nunc temporis de fide infantum agitatur pugna: utrum credant, nec ne? *Alij* namq; credere omninò negant: ut 1. *Anabaptistæ*, teste colloquio Franckent. art. 12. Act. 32. & seq. 2. *Photiniani*, ut Smalcius contra Frantziū p. 323. & seqq. Socinus Disp. de Baptismo c. 5. p. 59. 3. *Calviniani*: quorum *alij* fidem illis omnem, *alij* habituali adscripta, actualem denegant: ut *Polanus*, *Alstedius*, *Beza* cum socijs in coll. Momp. & R. 2. ad Acta p. 99. Nonnulli generalem illis assignant, ut *Sohnius* Tom. 2. p. 722. *Aretius* fluctuat. 4. *Pontificij*, quorum *quidam* ex vetustioribus & Scholasticis infantes, ne quidē cœmiterio dignantur. Vid. Bellarm. l. 6. de Amiss. Grat. *Alij* verò in fide parentum, aut Ecclesiæ, *nonnulli* in patrinorum baptizari volunt. Recentiores *plerique* fidem habitualem cum Bellarmino illis adscribunt. l. 1. de Baptis. c. 11. His postremis ex Calvinianis & Pontificijs astipulari videtur Medicus noster: Cui hunc opponimus arietem.

116. Sine quo 1, quicquid est, peccatum est. 2. Nec Deo placere potest. 3. Nec Christus haberi potest. 4. Nemo spiritualiter vivit. 5. Nec vincit mundum: 6. Sed quod expressè infantibus adscribitur. 7. Exempla commemorantur. 8. &

possi-

possibilitas. 9. Atq; in quo infantibus assimilari jubemur. 10. Nec arcet adversarium dogma mirè secum & cum veritate conflictans: id infantibus non est denegandum.

117. Atqui sine fide, non habituali (quæ in Satana quoq; Jac. 2. 19. & damnatis invenitur), sed actuali infantes sunt peccatum Rom. 14. ult. Eph. 2. 3. 11. Nec Deo placere possunt Heb. 11, 6. Hoc utrunq; est axioma universale omnes complectens. III. Nec Christus haberi potest Gal. 3, 27. Mar 16. 16. Joh. 3, 5. 6 18. IV. Sunt justi omnes & soli, qui vivunt ex fide SUA. Hab. 2, 5. Rom. 1, 18. V. Vincunt mundum 1. Joh. 5, 5. VI. Expressè parvulis adscribitur fides Matth. 18, 3. 6. Marc. 10, 4. VII. Exempla commemorantur Matth. 18, 6. c. 21, 16. Ps. 8. 3. Luc. 18. 16. VIII. Et possibilitas in exemplo Johan. Baptistæ Luc. 1. IX. Illis in fide assimilari jubemur Luc. 18, 17. Matth. 19, 13. 14. Quos infantes Lucas expressè βρέφη nominat c. 18, 15: quod nondum fari possunt. X. Neq; arcet adversarium dogma mirè secum & cum veritate conflictans. Quod thesibus duabus præcedd. evidenter est ostensum. Hinc sequitur Conclusio; *Ergo illis fides non est deneganda.*

118. Possemus hanc quæstionem latius contra Pontificios, Calvinianos & Photinianos diducere.

Verùm quoniam *Dn. D. Joh. Affelm.* p. m. veritatis hyperaspistes invictus de ea disputationem habuit accuratissimam, ac Dn. *D. Gerh. in Tom. 4.* latius explicavit; post Homerum Iliada, quod ajunt, non scribam. Hortor etiam Intimatorem, ut *B.* Lutheri in parvo catechismo libellum de baptismo, in Ecclesia antiquissimum, in Agendis Megap: repetitum, consideret p. 207. a. & 209. a. atq; in initio p 210. Ex quo sic concludo. Quicunq; credunt omnes tres articulos symboli Apostolici, eâq; fide vivunt & salvantur: ij habent veram cum fiduciâ verâ constantem fidem. Atqui infantes baptizati. &c. Ergo. Minorem textus probat, dum baptizanti loco infantis respondent Patrini, Credo. Qui si mentiuntur, baptismum cum toto Christianismo ludibrio exponunt. Sin veritatem dicunt, habemus quod volumus. Neq; v. sufficit fides habitualis: quam multi damnati & ipse diabolus habet Jac. 2. ideoq; contremiscunt.

119. Assertio VII. falsa. *Ecclesiæ Augustanæ confessionis & doctores docent infantes tam masculos quam fœmellas non salvari ante baptismum denascentes.* Id prætendit in Intimatione 9. Jan. affixa.

120. At nos in præcedentibus salvari eos invictis argumentis obtinuimus, nec inter Theologos nostrates est, qui contradicat. Videantur quæso D. Hafenreferus in LL. Theologicis p. 603. & seqq.

seqq edit. tertiæ. Gerh. Tom. 4. p. 1133. &c. Quid igitur calumniatur *Intimator?*

121. Probamus illud quoq; Intimatoris effatum, quod omnes, qui obdormiunt in Christo Jesu, sint beati ἀπ' ἄρτι. Apoc. 14. 13. & 1. Thess. 4. 17. Quod etiam infantibus & pueris contingere *Agenda Megal.* p. 208. 211. 214. 216. testantur.

122. *At*, inquis, *objiciunt peccatum originis &c.* Quis objicit? Num *agenda* nostra? Nil minus. *Summa. Nihil est damnabile in illis qui sunt in Christo Jesu* Rom. 8, 1. Si fortean est hæc absoluti decreti architectorum de reprobis, aut Pontificiorum de quibusvis objectio: quid nostris Ecclesijs cum affricas?

123. Pergit Intimator scribere, *objici Lutheri authoritatem, item Melanchthonis & Æ Confessionis.*

124. *R.* Quis illos objicit? Noli fingere, quæ nemo dixit, nemo cogitavit. Nam Augustanæ Confess. articulus 2. ait *damnari eos, qui non renascuntur per baptismum & Spiritum Sanctum: Quiq; ex contemptu non offeruntur Christo*, innuit Artic. 9. Infantes v. ante baptismum abrepti, per Spiritum S. extraordinariè convertuntur, reliqui ordinariè. *Deinde*: Lutherus & Melanchthon, alijq; in colloquio Ratispon. & scriptis diversis distinguunt inter materiale & formale; interq; regulam, quam Deus nobis præscripsit, ac libertatem

agendi divinam, qua modis alijs promissiones implet. 3. Locus Jer. 1, 5. quam malè huc quadret, antea fuit ostensum.

125. Objicitur (inquit Intimator) Tertiò. *In infantibus deest medium applicationis, nempe fides.* (A) Et respondet sibi. β. *Spiritus Sanctus operatur in eis dispositionem & inclinationem ad fidem, qualis & quantula ipsis pro ipsorum modulo & captu sufficit ad applicationem meriti Christi & vitam æternam consequendam. Simon magus impius hypocrita non habebat fidem & tamen baptizabatur ob solam confessionem. Atq; nostris infantibus Nasci in Ecclesia est instar professionis. Fides actualis est in adultis, at in infantibus fidelium tantum quoad inclinationem.*

126. R. Multa hîc occurrunt erronea & falsa: ut 1. (a) denegari a nostris hominibus fidem infantibus. At quinam illi? Et ubi locorum? Nomina Lutheranum, Intimator, si vir es, qui rem intelligat & ita sentiat. Tuos verò nominare Arminianos, Calvinianos; Item Anabaptistas & Pontificios quibis, non nostros. 11. β *Spiritus Sanctus operatur in illis dispositionem aut inclinationem.* At verò 1. ubi hoc scriptum est? Fingis scil. & refingis olim a tuis Calviniſtis audita, a te rursus inculcata in Tribus Disp. contra Anabaptistas p. 211. Lugd. Bat. typis exscriptis; ac verè sunt Calvinistica,

stica. 2. *Justus fide SUA vivit* Hab. 2.5. *sine qua impossibile est placere Deo.* Heb. 11, 6. Nec ea, ut virtus est, justificat; quod tamen Intimator ibid. p. 211. phrasi radicum virtutum omnium ac seminis ut fidei, spei &c. intendit. Quomodo opere quodam justificaremur. At v. nulla fides nisi fiducialis Christum actu apprehendens justificat, vide Persev. Christ. (si libet) p. 507. 508. vel: ut Lutherus loquitur: Justificat fides ut est in prædicamento relationis, non qualitatis. Quid multis? Supra infantes credere demonstravimus: quæ loca de fide habituali, aut quod minus est, dispositione ad habitum non loquuntur, Siquidem ea fides & simplicitas, qua accipiunt infantes regnum cœlorum & nos accupturi sumus, intelligitur Luc. 18, 7. adeoq; in fide assimilabimur infantibus; non verò in nequitia; non in inclinatione ad fidem, sed in ipsa fide. Matth. 18, 6. deniq; illa fide justificantur infantes, qua vincunt mundum 1. Joh. 5. 4. & laudant Deum Ps. 8, 2. Matth. 21, 15. 16. Quæ in actu, non in dispositione, inclinatione, nec habitu solo consistit: quippe quomodo non salvat: nisi Diabolos, & impios condemnatos salute donabimus Matth. 7, 22. Jac. 2, 19. Ratio est, quia fides est firma fiducia Rom. 4, 20. 21. fiducialis scientia Es. 53. ult. Job. 19. 25. gladius vincens 1. Joh. 5. 4. Rom. 5, 2. Heb. 11. 1. habitus v. & inclinatio ad

fidem

fidem minimè. Quare concludo: ubicunq; sunt effecta & proprietates fidei salvificæ, ibi est ipsa fides. Atqui in infantibus sunt effecta & proprietates fidei, ut vidimus. Ergo & ipsa fides. 3. γ. *Simon magus tempore baptismi sui veram &* salvificam habebat fidem: a qua defecit postmodum. Nam quæ fides Act. 8, 12. de reliquis Samaritanis prædicatur, eadem quoq; in eadem & una propositione de Simone prædicatur. Atqui de alijs fides salvifica & vera prædicatnr. Ergo & de Simone Mago. *Ratio propositionis est:* quod in una propositione prædicatum tantum unius sit significatus. Ad. 4. (δ) & 1. Hoc scripturæ repugnat: siquidem & tales intermittere fœdus & sic fidem abnegare, aut oblatam respuere possunt. Gen. 17, 12. Luc. 7, 47. Joh. 3, 5. *Deinde:* præsupponitur & hic ab Intimatore sanctitas interna; adeoq; 3. a Politicis ad divina, ab imperfectis aut verè amissis ad perfecta & quæ naturaliter insunt, argumentum procedit. 5. (ε) Atqui inclinatio ad fidem non est fides. Inclinatio enim seminis nostri Intimatoris ad hominem constituendū ipsum non constituebat hominem: ovum fotum inclinat ad naturam pulli, sed nondū actu est pullus. Noster autem contrarium infert; Quæ est pessima potentiæ & actus confusio. Ætas grandæva Intimatoris

ad

ad mortem inclinat. Ergone est mortuus? Multi ad rem inclinant, quam nunquam adipiscuntur.

127. Assertio VIII. falsa. *Fœdus Gen. 17. pactum est ita æternum, ut nullis unquam seculis, neq; a peccato, neque à diabolo, neq; ab inferno (sit) rumpendum.* In Progr. 27. Octob. affixo.

128. Hæc nudè posita crassè Calvinizat, Manichaizat, Borborizat & Jovinianizat. Proinde sic eam exagitant Principes & Ecclesiæ nostræ *in Agendorum appen.* p. 94. Von früchten deß Glaubens oder guten Wercken lehren sie (die Sacramentirer) daß die Außerwehlten/ als David/ Aaron/ Manasse/ wenn sie schon in Ehebruch/ Abgötterey oder Todtschlag leben/ dennoch den waren Glauben/ H. Geist/ vnd Gottes gnade behalten. Welche Vnchristliche Lehre/ Beza wol mit zwantzigerley vermeinten Scheingründen in responsione ad colloquium Mompelgartense, zu verthedigen sich vnterstehet. Pluribus eundem errorem p. 108. eliminant.

129. *Intimator* noster urget promissionem Gen. 17. *Ego sum Deus tuus & seminis:* quod quidem fœdus ex parte Dei est æternum, omnes salvari volentis 1. Tim. 2, 4. adeoq; in credentibus ad finem evadit æternũ Os. 2. 19. 20. non tamen in hominibus ab illo deficientibus vel fœdus contemnentibus. Si namq; fœdus esset absolutè etiam ex

parte

parte hominum æternum, infantes in V. T. post octavum diem denati, ob fœdus intermissum non fuissent eradicati. Quin omnes Israëlitæ, Ismaëlis, Esâvi & Abrahami ex Cethura filij & posteri fuissent Ecclesiæ cœlestis cives Nam, ex Intimatoris hypothesi, semper omnes mansissent in fœdere, & sancti patres semper sanctos generassent filios.

130. Quem errorem esse ipsissimum Calvinistarum prædestinariorum evidenter in *Perfev. Christian.* p. 10. imprimis verò 13. & 14. ad oculum demonstravi. Est & Borboritarum ibid. pag. 607. 608. 609. adeoq; Manichæorum ibid. p. 613. & Jovinianistarum teste Hieronymo & Augustino.

131. Quem cùm prolixè in d. libro refutaverimus, hîc ad locum Gen. 17. tantum hæc reponimus. Quicunq; 1. non recipiunt. 2. rumpunt fœdus. 3. ob ruptum æternum fœdus in æternum puniuntur: illi non manent in illo fœdere. Atqui impij apostatæ & infantes non recipientes fœdus 1. in æternum ob non receptum puniuntur Gen. 17, 12. Luc. 7, 41. Joh. 3, 18. Ut & 11. qui rumpunt Gen. 17, 12. ubi verba sunt generalia quamvis violationem complectentia, & Mal. 2. 10. Ac propterea III. in æternum puniuntur. Quod, præter adducta loca, ex cõtrario commodo liquet.

Si

Si namq; Deus in æternum ob hoc fœdus est Deus Abrahami, Isaaci & Jacobi, & posterorum, ut est Gen. 17.7.14 c.26.3.c.28.13. Exod. 34.7. Luc. 20. 37. Matth. 22, 32. certè & contemnentium ac violantium erit perpetuus vindex.

132. Opponit quidem *Intimator* Dn. D, *Gerhardi libellum consolatorium, qui profert ex loco Gen. 17. consolationem nullis Diaboli aut conscientiæ accusantis machinis concutiendam.* R. I. Quis hoc negat de verè fidelibus ad finem perseverantibus? Conferatur Apostolus Rom. 8, 32. 33. 34. Quæ autem consequentia, pios fœderatos manet ea consolatio. Ergo quoq; in sceleribus viventes adultos, & infantes fœdus spernentes? Qui verò non superstites sunt ad diem octavum, non transgrediuntur legem, quippe sibi non latam. 2. Dn. D. Gerh. in LL. CC. hunc errorem, imò omnes *Intimatoris*, disertè & graviter refutavit, tantum abest, ut approbet.

133. Concludimus & hanc quæstionem *Agendi Megap.* p.116.b. So du nu an Christum gleubest/ vnd für deinem Tod nicht davon abfellest/ so bistu vnd bleibestu in der zahl der Außerwehlten/ wie schwach auch dein Glaube vnterweilen scheinet. Wenn du dich aber nicht zu Christo in diesem Leben bekehrest/ oder nicht biß zu ende verharrest/ so bistu verworffen. Tandem: gravissimè a nostris

nostris quibusdam Imperij Electoribus, principibus & statibus in *Formula concordiæ* a nostris quoq; clementiss principibus receptâ & in Agendis p. 120. & ipsa præfatione approbatâ & laudatâ idem error refutatur & damnatur p. 612. & 812.

134. Assertio IX. *Pædobaptismus est argumentis genuinis & ad rem facientibus confirmandus.*

135. Non est nostri instituti cuncta nostra & scripturæ nunc congerere & conglobare argumenta: quæ legi possunt in Exegesi Aæ Conf. *B. Mentzeri* art. 9. Tom. 4. Dn. D. *Gerhardi* p. 1058. Exam. Concil. Trid. *Chemnitij* parte 2. fol. 48. Meisneri collegio de Sacram. disp. 13. th. 1. p. 212. & seqq. atq; similibus nostratium scriptis: Verum de Intimatoris argumentis dicendum.

136. Antequam vero descendam ad ea considerandâ, ipsius hypothesibus hoc opponã argumentum 9. Nemo, qui non credit, debet baptizari. Marc. 16,16. Act. 2,38. 41. c. 8. 37. Infantes a. Intimatori non credunt, Progr. 4. Feb. affixo: nisi quantum ad inclinationem. Ergo. Ad hoc argumentum Calvinianus Anabaptistæ *nunquam* solidè & directè potest respondere: unde & noster *Intimator* in Disp. de *Pædobapt.* p. 214. 215. miserè sese torquet. Proinde adjicio alterum.

137. Nullum sacramentum prodest sine fide utentis, quod axioma non tantum est per se verum,

rum, sed etiam satis in Schola Sacramentariorum decantatum; adeò ut multi fidem sacramentorū formam constituant. Subsumo ex sententia *Intimatoris*. Infantium non est fides. Ergo illis sacramentum non prodest.

138. Adjicio & tertium: Nullus, qui est templum Spiritus S. & civis Ecclesiæ, habet opus baptismo, ut renascatur & Christianus fiat: juxta Christi præceptum Joh. 3. 5. 6. Gal. 3. 27. Tit. 3. 5. 1 Pet. 3. 21. Atqui infantes sunt ante baptismum suum templa Spiritus S. & cives Ecclesiæ. Ergo. Sat scio quod nunquam quid solidi responsurus sit Intimator: ideoq; imprudens Anabaptistis patrocinatur.

139. Videamus jam Intimatoris argumenta pro pędobaptismate ex Intimatione 28. Novemb. affixa. Primum est: *Quicquid pertinet ad totam Ecclesiam: id etiam pertinet ad infantes fidelium. Baptismus pertinet. &c. Ergo. Probat ex Gen. 17. Lev. 12. Deut. 29. Deut. 31. Joh. 8. 2. Paral. 20. Ezech. 16. Joel. 2. Judith. 4. Matth. Marc. 10. Luc. 18. Act. 2. 1. Cor. 7.*

140. R. Libenter hic quod largiri quimus, largiemur. Itaq; sic informamus argumentum ex loco Gen. 17. collato cum Col. 2. 12. 1. Pet. 3. 21. Si baptismus 1. in locum circumcisionis successit. 2. eamdem vim & effecta habet: rectè parvulis ap-

plicatur. Sed prius est. Ergo. *Deinde*; ex collatione promissionis Gen. 17. cum repetione ejusdem Act. 2. 39. ita formo. Quibus facta est promissio Abrahæ: illi debent baptizari in N.T. Atqui Ecclesiæ hominibus, etiam N. T. & eorum liberis, facta est promissio Abrahæ. Ergo. *Iterum* ex collatione locorum Luc. 18. Matth. 19. Gen. 17. Deut. 30. 3. 6. ita concludo. Qui fuit effectus circumcisionis & judæis competebat: is non minore virtute est baptismatis; & Ecclesiæ hominibus competit. Atqui circumcisionis effectus erat ut adulti & parvuli corpore & corde circumciderentur. Ergo. *Vel*: si infantes in V. T. in circumcisione carnis suæ fuerunt quoq; corde circumcisi; & ut crederent fide donati: idem & nostris contingit infantibus. Sed prius est. Ergo. *Tandem*: respectu confirmationis circumcisio & baptismus conveniunt Gen. 17. 7. & 1. Pet. 3, 21. Actor. 2, 39. Si infantes debuerunt per circumcisionem & baptismum in fœdus Dei recipi, ut Deus esset ipsorum Deus gratiosus & tam certi esse de salute sua, ac si Deum interrogassent: utiq; sunt baptizandi; credunt & confirmantur. Sed prius est. Ergo. *Clarius*: Quibus opus est effectus baptismi & circumcisionis: illis ipsa circumcisio & baptismus est opus. Verùm tam infantibus quam adultis opus est ille effectus baptismi. Ergo.

Ergo. Ex reliquis locis stante præsertim hypothesi de sanctitate infantum, pædobaptismus probari non potest: nec ijs Anabaptista acquiescet.

141. Alter Intimatoris syllogismus hic est: *Quicquid distinguit & separat Ecclesiam seu DEi populum ab infidelibus: id pertinet ad infantes fidelium. Circumcisio in V. T. distinguebat & separabat DEi populum ab infidelibus Gen. 17. 14. 1. Sam. 17. 36. & baptismus in N. T. Gal. 3. 27. 1. Cor. 12. 13.*

141. R. 1. Hic nullam literam de fine & effectu primario, videlicet regeneratione, remissione peccatorum & fide reperimus: ut nec in præced. argumento: quippe de quibus hic agitur, sed Spiritus Sacramentarius haut libenter audit. 2. Hæc separatio & distinctio *vel* respectu nudi operis externi consideratur, *vel* respectu totius sacramenti, juxta Dei institutionem adhibendi. *Si primum*; tum & gentiles, ut Esavitæ, Ismaelitæ alijq; Arabes circumcisi fuerunt in Ecclesia Dei: non gentiles infideles. Et contra, fœmellæ non fuissent ullo modo a gentibus distinctæ. Nos autem rectè dicimus, quod sacramenta, tanquam notæ confessionis, idq; respectu totius sacramenti, quatenus in oculos incurrit, ut finis secundarius, Christianos ab alijs discernant. Verum nec distinctio interna, quæ sit fide, a nobis est excludenda. Ideoq; *posterius* non rejiciendum. Igitur ex sacramento

baptismi infantes utiq; externè & internè discernantur ab alijs, ut cives Ecclesiæ a peregrinis. 3. Anabaptista *posterius* Assumptionis membrū nunquam esset de infantibus Ecclesiæ concessurus: quos sanctitate innata potius discerni ab alijs cætibus dicturus esset. Ideoq. 4. nec ipse *Intimator*, quandiu infantes ante baptismum templa Spiritus S. asseruerit, eos solo baptismo, nedum eo ut primario signo, a gentilibus distingui & separari, probare poterit. 5. Nos ita inferimus: si quot, quot sunt baptizati Christum fide induunt: eaq; nota ab alijs cætibus distinguuntur: certè infantes sunt baptizandi. Sed prius est. Ergo.

143. Tertium Intimatoris argumentum. *Circumcisio in V. T. & baptismus in N. T. obsignabat & obsignat justitiam Christi, quæ in remissione peccatorum & imputata justitia Christi consistit Rom. 4, 11. Act. 22, 16. Col. 2. 13. Ergo baptismus pertinet ad infantes fidelium.*

144. R. 1. Locum Rom. 4. 11. Anabaptistæ fortasse de adultis admittent, & immediatè infantes per Spiritum Sanctum obsignari contendent (sicut *Intimator* eos vult immediatè accipere Spiritum S. ideoq; refutare eos non potest) adeoq; cum negant peccatum originis, nec illis remissionem peccatorum obsignabit. 2. Act. 22. 16. obsignationis ne verbo quidem fit mentio, sed ablutionis

tionis a peccato: quæ obsignationem, saltem ordine, præcedit. 3. Silentio involvendum neutiquam videtur, hoc argumentum ita ex Act. 22. 16. & Col. 2. 13. formatum, ex Schola Calvinianorum prodire, clamitantium, Baptismum non esse regenerationis causam sed adjunctum signum ablutionis a peccato, & in fœdus insitionis Sunt enim ejusmodi genus hominum, quod pleraq; omnia loca de baptismo loquentia tropis corrumpat. 4. Col. 2, v. 11. Apostolus spiritualem circumcisionis effectum, vid. regenerationem & peccatorum remissionem celebrat: quemadmodum in seq. versu 12. ex baptismo vitæ novæ studium, per sepulturam, qua cum Christo sepulti sumus, & fide resurreximus, adumbratum, vigere vult. Quæcunq; a. sepultura & resurrectio fit per fidem: ex Intimatoris & Anabaptistarum hypothesi, infantibus non competit. Atqui hæc baptismatis sepultura &c. talis est. Ergo. Proinde optimum ex eo loco argumentū, ex analogia successionis baptismi in locū circumcisionis, depromi potest. Deinde & sic argumentamur. Qua ætate homines in V.T. circumcidebantur: in eadē quoq; in N.T. baptizandi sunt. Atqui homines V.T. in ætate tenera circumcidebantur. Ergo. Consequentia majoris est evidens: cum baptismus absq; ætatis

conditione præcipiatur & sic utriusq; sacramenti innuatur esse par ratio. *Deinde*; si per baptismum baptizati omnes cum Christo sepeliuntur & fide resurgunt. tum & infantes sunt baptizandi: ut ijs donis perfruantur. Sed prius est, teste Apostolo. Ergo. Ultimo: ex solo loco Rom. 4, 11. sic dextrè possum inferre, tanq. ex adjuncto circumcisorum & baptizatorum communi & certo. Quibus baptismus & circumcisio justitiam fidei obsignant & confirmant: illi debent baptizari. Sed omnibus circumcisis & baptizatis circumcisio & baptismus justitiam Christi obsignant & confirmant. Ergo.

145. IV. *Circumcisio in V. T. obsignabat in fidelibus sanctificationem Deut. 30, 6. idem facit Baptismus in N. T. Act. 10, 47. Tit. 3, 5. Col. 2, 12. Ergo baptismus pertinet ad infantes fidelium.*

146. R. Pessima est depravatio, qua loca scripturæ, præsertim sacramentorum, a sensu proprio per tropū sacramentariū in alienū sensum detorquētur. Ideoq; quis unquam (ut ad loca objecta descendā) testimonium illius circumcisionis Deut. 30. 6. descriptæ de sanctificationis obsignatione interpretatus est? Imò testatur Ezech. 36. convertendorum corda saxea circumcidi per verbū Deut. 30, 6. & converti in carnea. Quod etiam de præsenti loco

tex-

sextus confirmat. Qui enim cor circumciditur ut diligat Deum, atq; ita sanctificationis studium excolat: is nondum diligit Deum. Nullus enim fructus est prior arbore. Ad testimonium Act. 10, 47. rectè ex Rom. 4, 11. respondetur: Quippe cornelio & domesticis ejo justitia obsignabatur & actu fœdus per baptismum suscipiebant: ut & supra idem de conversis primis Christianis ex Act. 2, 39. & seqq. est probatum. Sic Tit. 3, 5. baptismus perhibetur lavacrum ipsius regenerationis & sanctificationis esse: non ejus obsignatio. *Deniq;*: ad Col. 2. 12. &. esse 1. inter causam fidei. & 2. ejus ad sanctificationẽ significationem & typum ac deniq; inter ipsam obsignationem discrimen evidens. Priorum doctrinam, non hujus, apostolus, proponit. Vide, si libet, Lutherum in Catech. parvo q. 4. de baptismo; Et ut *summatim* complectar: ubi scriptura solius sanctificationis obsignationem docet, ac non hominis totius? O utinam tropus Sacramentarius ex mente *Intimatorũ* esset eradicatus!

147. V. *Circumcisio in V. T. obsignabat infidelibus vitam æternam Gen. 17. 11. & Matth. 22. 32. idem facit Baptismus in N. T. Marc. 16, 16. Ergo baptismus pertinet ad infantes fidelium.*

148. R. 1. Distinguit 1. B. Lutherus inter baptismi significationem & obsignationem vitæ æternæ, & illius operationem & largitionem in Catech parvo quæstione 2. Confer. Tit. 3. 5. 1. Pet. 3. 21. Joh. 3 5. Marc. 16. 16. 2. Aliud est designatio subjecti, quod signatum baptismo aut circumcisione vitam æternam consequitur, aliud in illo vitæ æternæ obsignatio, præcisè sumta. 3. Porrò: Scriptura non nobis vitam æternam obsignari: Sed potius nos Spiritu S. ad vitam æternam sive in diem Jesu Christi obsignari tradit.

149. VI. *Circumcisio in V. T. exigebat a circumcisis novam obedientiam Jer. 4. 4. idem facit Baptismus a Baptizatis in N. T. Rom. 6. Ergo Baptismus pertinet ad infantes fidelium.*

150. R. Jer. 4. 4. est Prophetæ de adultis sermo: qui admonitioin auscultare & obedire poterant: juxta illud Rom. 10. *Fides est ex auditu.* 2. Circumcisio Metaphoricè pro ipsa conversione ponitur & renovatione eam consequente: quemadmodum & Deut. 30. A circumcisione autem Metaphorica ad propriam non licet argumentari. *Deinde:* Major omissa est falsa: scil. Quicquid exigit obedientiam pertinet ad totam Ecclesiam: nisi sacra cœna, item magistratus mysterium verbi, vota & similia sexenta ad totam pertinebunt Eccle-

Ecclesiam 5. Et quomodo infantes ad obedientiam ex baptismo admoneri possunt, qui juxta *Intimatorem* nec fide nec actu rationis utuntur?

151. Proinde *Anabaptista* te sic argumentante: *(Quicquid in V. & N. obsignat justitiam Christi, quæ in remissione peccatorum consistit & imputatione justitiæ Christi. 2. obsignat sanctificationem. 3. vitam æternam. 4. exigit a circumcisis & baptizatis novam obedientiam. 5. pertinuit etiam ad Ecclesiæ Veteris T. infantes: id pertinet ad totam Ecclesiam)* excipiet 1. objiciendo cœnam Dominicam, verbi auditum & res similes. 2. requirendo præceptum 3. peccatum originis negando 4. Per Spiritum S. immediatè obsignari posse regerendo, ideoq; Majorem hanc voce, *Tantum*, limitabit, ut Minorem negare possit.

152. Postremum argumentum a typo V. T. petitum, est prorsus ineptum: siquidem & infantes manna cibari potuerunt, qui tamen ad sacram cœnam non admittuntur. Quinimò baptismus non pertinebat ad totam Ecclesiam, nisi respectu durationis unius aut noctis aut itineris sub aqua & nube. *Tandem*: Paulus non idem cum *Intimatore*, sed hoc solum inde concludit. Si illi patres tam acerbè sunt puniti typis abutentes; quantò gravior pœna manebit eos, qui antitypo & corporeipso abutuntur idq; violant.

153. Assertio x. falsa. *Vocatur Christus pater seculi, quod est nomen officij, Program.* d. Pas. affixo §. Pater. Unde *postea infertur* §. *Nos, Christum in hoc mundo non beare suos fideles: sed in altero demum seculo.*

154. R. Christus nominatur אֲבִי־עַד *pater æternitatis* sive *seculi vel* attributivè, siquidem filius Mariæ est æternus Deus, *vel* respectu creationis, redemptionis & sanctificationis. Cum omnia per ipsum sint in initio creata Joh. 1. 3. Col. 1. 15. & per lapsum perdita recreata 2. Cor. 5. Atq; ita עַד pro mundo sive seculo acceptaretur: quod factum videmus Hab. 3. 6. Confirmatur inde, quod Christus fortis Deus, item admirabilis, non uno, sed multis modis dicatur. 2. Beamur ne tantũ in seculo futuro, non etiam in præsenti? Certè *gratia salvati sumus* Eph. 2. & spe Rom. 8. 2. Gaudemus spiritu in medijs afflictionibus Rom. 5. 2. Act. 4. 3. In initio vitæ æternæ & gustu spiritus & dulcedinis Heb. 6. Rom. 14. Proinde aliud est beatitudo animæ in fide & gaudijs spiritus, alia totius hominis resuscitati. Rursusq; aliud est initium beatitudinis in hac vitæ umbra & ærumnis, alia consummata. 1. Cor. 13. Phil. 3. 1. Joh. 2.

AP-

Errata, quæ irrepserunt, ita corrigantur.

Pag. 4. l. 5. l. Apostolus. p. 9. l. 7. receptus. p. 11. l. 13. δοκούντων. p. 12. l. 8. del jod. p. 16. μεσημβρία p. 23. l. 3tia a fine l. qua. p. 27. l. 10. ins. &. p. 30. l. 4. tuum. p. 34. l. 17. attenuatam p. 36. l. 12. ins. illustrat. p. 34. ins. l. 3. Sünde. l. 11. supernaturalem. p. 35. l. 8. supernaturaliter. p. 40. l. 12. discernebant. l. ult. l. 3, v. 9. 10. p. 54. l. pen. modo. p. 58 l. 12. Agendis pag. 59. l. 13. pro 1. l. 7. p. 72. l. 6. Esr. 9. p. 77. l. 9. regeneratus. l. 5. quid p. 79. l. 2. salute. p. 80. l. 11. ante esse ins. non. p. 81. l. 12. infantes. p. 85. l. 1. Israëlis. lin. 14. pro. ut l. aut. p. 90. l. 1. quia p. 92. l. 5. post Moses ins. huc non facit. Vid. th. 60. 61 2. scriptura. p. 94. l. 9. afferre. p. 96. l. 4. a fine ins. pro. p. 114. l. 2. discernuntur. p. 118. l. 17. admonitioni p. 120. l. 5. & 2. a fine, aliud. p. 126. l. 4. Regiæ. p. 130. l. 19. dele á. p. 131. l. 6. excitatâ. Quæ præterea in accentibus Græcis & punctis Hebræis desiderantur, atq; alia errata leviora B. L. per se corriget.

Num. 2.

APPENDIX,

NOtum est jam omnibus ita, ut nec ferè lippos & tonsores lateat, gentem Calvinianam paucis antè annis in duas sectas abijsse: quarum altera dicitur Calvinianorum prædestinariorum.

Nam doctrinam Calvini, Bezæ atq; eorum discipulorum, ac præcipuè dogma de Absoluto Prædestinationis sive Electionis & Reprobationis decreto hodieq; arctè tenent & mordicus in Actis Dordrechtanis similibusq; scriptis defensant.

Alii,

Alij, *qui ab illis, ante annos quindecim aut circiter, divortiũ fecerunt, ab* Arminio *primario schismatis autore dicũtur* Arminiani. *Secesserunt v. ab illis nõ in omnib., sed quinq; gravibus quæstionibus; videlicet de* Absoluta Electione & Reprobatione: particularitate meriti & mortis Christi: De libero arbitrio, ubi primò dissentiunt de hominis lapsi ineptitudine; Deinde v. de hominis corrupti cõversione, sitne illa resistibilis, an irresistibilis; *ut deputati Ecclesiarũ* Phrysicarum *statum formant. Quinta deniq; de* fatali & immota ex absoluto decreto

creto in fide Perseverantia. Secesserunt porro sic, ut nec planè & plenè ad veritatem a falsitate diverterint, ad sanamq; mentem & veram ὀρθοδοξίαν pervenerint: sed in compluribus in nova errorum monstra inciderint, aut in crassas Pelagianismi reliquias degenerarint. Cum itaq; in hisce articulis à reliquis Calvini sectatoribus exierint Arminiani: non solum doctrinam de libero hominis arbitrio atq; arduo Electionis mysterio miserè depravarunt & corruperunt: Verùm etiam, in Articulo de Baptismo, sanctitatem infantum ab utero connatam ex sanctis parentibus progenitorum; item quod baptismus tantum salutem obsignet, ejusq; sit signum, non verum regenerationis lavacrum;

vacrum; aliosq; errores tutantur. Nihil jam commemorabo de mysterijs incarnationis filij Dei, unionis personalis, & sessionis Regia ad dexteram Dei, atq; sacrosanctæ Domini nostri Jesu Christi cœnæ in quibus priores suos errores nunquam deposuisse se testati sunt. Horum errores, addo & mores, imitatur Intimator noster.

Quod hæc perspicua & ocularis demonstratio indicabit.

Arm.

Arminiani.

1. *Postquam confessionum formulæ in usu esse cœperunt, iisq; honos iste deferri, quasi abditos scripturarum sensus planissimè exprimerent, quæq; necessariò tenenda sunt, clarissimè proponerent*, paulatim (α) scripturæ majestas atq; authoritas inclinavit, & veritas exformulis pendere cæpit. *adeò quidem ut ad eas tanquam* certissimas normas & regulas *provocarint. Confessio sive Declarat. Remonst. 1622. Harderbvici edita. A. 2. b.*

2. *Etiam quæ ab unico* Augustino *contra Pelagium disputata & determinata sunt, ætatis fluxu tandem eò dignitatis authoritatisq; sunt provecta, ut* ad condemnationē cujusvis in Ecclesia docentis sufficiat, si Pelagio β tantum ADFINIS *videatur ipsius sententia. ibid. A. 3. a*

Intimator.

1. Etiam atq; etiam videat Intimator, ut ne libros nostros symbolicos, Formulam concordiæ statuum Aæ. C. addictorum & Agenda Megap. à Philip. Melancht. scripta, atq; à nostris Ecclesiis recepta. criminetur, aut nomine (α) Traditionum similiumvè, falsè derideat.

2. Theologi, vt incepe-ram dicere Gratiam Dei, distribuerunt in complures veluti species. Gratiam Expectantem, Gratiam Prævenientem, Gratiam suscipientem, & Gratiam conservantem, ut *calumniæ obviam irent Pelagianismi* β *aut semipelagianismi. Quam equidem calumniam vix ac ne vix quidem* effugere potuit, vel ipse etiam magnum illud artium lumē & inter Theologiæ nostri seculi proceres haud postremus collocandus *Philippus* β *Melanchthon.* Intim. 4.

3. *Non negant peccatum, Originis in confeß. c. 4. p. 10. quod & cap. 7. p. 24. ita definiunt. Per transgreſſionem & hanc factus eſt homo*, vi comminationis divinæ, reus *æternæ mortis ac multiplicis miſeriæ: Exutus & eſt* primævâ illa felicitate, *quam in creatione acceperat. Conferatur ulterius coll. Hagienſ. teſtibus Aetis Dordrecht. part. 2. pag. 300. & Acta ſynodal. Hardervici edita p. 5. 6.*

4. *Notitia & Dei reſidua, opus legis inſcriptũ cordibꝰ, cõſcientia accuſans & excuſans gentes, ſcintillæ imaginis Dei poſt lapſum reliquæ, etiamſi omnia & ſeorſim per. ſe non ſufficiant ad hominis vivificationem*, media tamen ſint, quæ Deus uſurpat ad vivificandum, *aut, ſi homo non reſpondeat, ad excuſationem omnem ei adimendam Reſp ad VValac. pag. 60. collat. Hag. p. 299. Acta ſynodal. parte 4. pag. 6.*

Feb. affixa, liter. A. 2. b. & A. 3. a.

3. Intimator in Progr. 4. Feb. affixo: Inprimis fateor me probare ſententiam, Lutheri, Philippi, Aæ. Confeſſionis ſtatuentium peccatum ꝓ originis eſſe non modò carentiam abſentiam ſeu privationem juſtitiæ imaginis Dei originalis, ſed etiam poſitivum quid.

4. Intimator Notitias has Dei naturales vocat *naturæ lumen*, p. A. 3. b. *igniculos gratiæ ſupernaturalis*, ibid. §. Salvatoris & §. de Judæis: *Gratiam Dei ſupernaturalem*, §. Gentibus *Gratiam ſalviſicam* ex Tit. 2. v. 11. *Gratiã gratis datam* §. oporteat A. 2. *Gratiam creationis*, §. nonnulli: *opus legis ſcriptum in cordibus eorum* (gentilium) *conſcientiam & eogitationes* ſeſe mutuo tum accuſantium tum defendentiũ. §. Gentibus. &c.

Arminiani.

§. *Hæc est illa lex (& gratia spiritualis) mentibus omnium hominum inscripta: qua testificatione, etiam illa veritate, quam* in injustitia detinent, *hoc est, cujus in se effectum impediunt, & illa legis in mentes inscriptione, secundum quam cogitationes habent* ipsos accusantes, *adduci possunt, ut palpando Deū inveniant. Armin. contra Perkins. pag 259. lin. 4. 5. 6. 7. & lin. 33. & Arnol. contra Til. p. 99. lin. 27. & p. 417. lin. 22. & p. 415. lin. 4. testibus Actis Dordr. p. 526. Acta S. synod p. 6.* dicunt inservire salutaris ζ conversionis operi: *licet ad istam cognitionem Dei & voluntatis ejus salvificam non sufficiant.*

6. *Naturales istius luminis* reliquiæ *sunt aliqua* rerum divinarum, *quæq; ad vitam* immortalem pertinent, *cognitio. Resp. ad VValach. pag 53.*

Hæc gratia homines disponi

Intimator.

5. Hæc gratia excludit omnem accipientis (quod & Acta synodal. fatentur) dignitatem. Quid enim habes, quod non accepisti? 1. Cor. 4. v. 7. (6) Illuxit illa gratia: *Ergo non debet detineri in injustitia*, Rom. 1, 18. *Omnibus hominibus*, Est enim universalis. Nam primum oportet omnes homines coram Deo *sisti reos & inexcusabiles*, Rom. 1, 20. Rom. 11, 32. Deinde Deus voluntate beneplaciti vult omnes homines ϱ salvos fieri. Progr. 11. April. affixo lit. A. 3. Clarius extant hæc proposita in Festi Hom. specim. controvers. Belg. p. 10. ubi D Conradus Vorstius hæc nobis exponit.

6. Capite secundo (ad Rom. v 4. prædicat copiam benignitatis, tolerantiæ ac lenitatis Dei, qua gentes ζ ad resipiscentiam deducere conatur. Illa Dei benignitas, tolerantia, lenitas, & ad (6) resipiscentiam deducendi

Arminiani. Intimator.

posſūt ad deserēdā & expectā-dam gratiā, quæ in Euangelio *offertur, Arnol. cōtra Tilen. p. 107. lin. 3. & p. 413. lin. 11. 12.*

7. *Nam hac gratia potest homo* facere ea, quæ legis sūt, & Deo placent, ε *sic ut Deus illis moueatur ad majorē gratiam illis conferendam, ex Actis Dordr. p. 265. & benignitatem & revelationem, donec tandem ad Christū ipsius q; cognitionem dēducerentur Arnold. contra Tilen. p. 118 Nam licet omnes sint gratia Dei indigni absolutè considerati, tamen interdum huic vel isti genti, quæ* gratiā oblatā, vel indignè respuit, vel horrendis sceleribus (1) se totam mancipavit nō dat: *sed ad eos se convertit, quos magis dociles novit, &* in quibus rectæ rationis semina & opus Legis scriptum *in cordibus adhuc superest. Acta synodal. (quæ sunt diversa & ferè cōtraria à Dordrechtanis) parte 4. pagin. 8.*

8. *Imò verisimilius videtur, fore, ut iis qui* veritatem in injustitia (1) non detinent, sed uti Deum cognoscunt, μ glorificant, Evangelij *doctrinam extraordinaria ratione revelet Deus, quam ut* citra *Christi cognitionem illos salutem adipisci, aut secun-*

studiū non competit in lapidibus &c. neq; etiā in homines omni gratia supernaturali vacuos. Si nō plus gratiæ supernatutalis est in gentibus, quā animalitatis in lapidibus; jam certè tam erit absurdum à gētibus respiscentiā quā à lapidibus motū localē, & tā erit absurdum gentibus duritiem exprobrare, quam lapidibus duritiem lapideam.

8. Quin etiam hoc credo Platonis aliorumq; Philosophorum, λ qui hac luce Naturæ, hoc est, à Deo Naturæ inditâ, rectè ε usu fuerunt, conditionem in futuro seculo ξ tolerabiliorem futuram conditione eorum, qui (1) veritatem injustè detinuerunt,

dum

Arminiani.

dum donorum, & quæ accepere modulum agentes, condemnari credant. Acta Dorrecht. parte secunda pag. 288.

9. Hac lege luminis divini exutata, potest homo suæ miseriæ & imbecillitatis convinci; & convictus ob peccata dolere, *& ex* dolore gratiam remissionis, & spiritus novi implorare, *discere. Arnol contra Til. p. 407. Acta synod part. 4. p. 1. potest nobisse* ϱ gratiam θ. salutiferam *& affectus amore* virtutis *inflammari. Acta Dord p. 302 part. 2, Deus ante statũ regenerationis* gratiam SALVIFICAM *CERTIS gradibus iis largitur, qui reliquis imaginis divinæ* scintillis rectè usi sunt · *quemadmodum* scriptum, habenti dabitur. *Armin. contra Perkins. 218. 3. Grevinkh. contra Til. p. 158.*

10. Est & alia gratia *v* spiritualis *nondum regenerans, sed* ad regenerationem disponens, *scil. qua homo* ad sui & peccatorum *suorum agnitionem, deq; iisdem ad dolorem ducitur, & ad desiderandum liberatorem. Nec hoc studium est inutile, sed potius* utilissimum & quam maximè ne-

Intimator.

& qui eum Deum ex rebus creatis cognoverint, tamen non ut Deum (cum Platone & Philosophis: quod requirit oppositio.) μ glorificarint. Intim. 11. Apr. affixa p. A. 3. b.

9. Gratiæ illius supernaturalis igniculi sunt lumen illud, quod θ illuminat omnẽ hominem venientem in hũc mundum, Joh. 1, 9. §. salvatoris A. 3.

10. Id solum nunc dicam, quod exprobratio c. 1. v. 21. & 25. & 32. & pœna v. 24. & 26. & 28. non possint competere in homines omni gratia Dei supernaturali destitutos. Intelligo autem gratiam gratis datam, quæ etiam infidelibus datur, p. A. 2. §. oportear.

Arminiani.

cessarium ad obtinendam fidem & spiritum *regenerationis. Acta synod. part. 4. p. 1. Præcedit ergo aliquod opus sui vivificationem, nempe mortem suam agnoscere, deplorare &c. Joh. Arnold contra Til p. 396.*

11. *Qui verò veritatem in injustitia* ϰ *detinent, tanq.* legis naturæ violatores improbos ob insignem *culpam & nobam inobedientiam Evangelij sui annunciatione privat, Acta synod. part. 4. p. 9. Quia* Deus gratia secundâ (*ut loquuntur*) donat eos, qui prima rectè utuntur. *Acta Dordr. p. 277. & Acta synod. p. 6.*

Hanc legem appellat Arnold. aliquod lumen reliquum à Deo in natura relictum quod naturæ tamen sit superioris. p. 116. item gratiam spiritualem.

o Apostoli λ *propter bonum usum luminis Naturæ acceperunt cognitionem mysteriorum regni cœlorum juxta*

Intimator.

Papizat præterea Intimator, dum voce gratiæ supernaturalis vult significare tacitus, imaginem divinam donum supernaturale fuisse. Error 2. inde est, quod notitias innatas videtur negare cum Arminianis, teste Festo Hommio in specim. sive confess. Belg. pag 10. quibus Sim. Episcopij hæc verba ex Disp priv. de cognit. Dei coral. 2. citat: An cognitio Dei naturalis? Distinguimus. An cognitio Dei, quæ ex natura habetur, sit naturalis? Negamus.

11. o De Judæis ϰ etsi Paulus dicto loco idem confirmet; tamen brevitatis seu compendij ergo, hac jam vice contentus, ero illo solo Christi dicto, Matth. 23, 37. Jerusalē &c. Quoties *VOLUI* cõgregare liberos tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis? Et NOLUISTI. Christus voluit congregare Hierosolymita-

illud

illud Evangely, habenti dabitur. *Exempla sunt in promptu* λ Cornelij, Lydiæ, justi *& aliorum, qui propterea sunt fide donati, quia* μ *ante fidem erant religiosi & Deum timentes Resp. ad VValach. edit 1. pag. 61. Acta Dordr. pag. 288.*

Deus conversionem & fidem omnipotente sua virtute non operatur nec vult operari collat. Belg. 260. Bert. 291. sed regeneratio inchoatur ab opere hujusmodi, quod Deus homini præcipit facere. Quod cum facit paulatim regeneratur coll. Belg. p. 253. Bert 283.

12. *Ad fidem & conversionem efficiendam non* SOLA *agit Dei gratia: sed &* volũtas humana *gratiæ, ut* causa, *cooperatur, etsi non ex sese, sed* vi *gratiæ collat. Belg. p 299. ab initio, Bert. p. 254. Gratia cooperans vocatur, quia cum voluntate cooperatur. Acta synodal. p. 15. & 20.*

Virtutem in conversionis

nos. Voluit autem non voluntate violenta & absoluta (quam sententiam Calvinistarum contra-remonstrantium cũ Arminianis rectè refutat:) sed *voluntate beneplaciti* (qualis verò illa sit Intimatori supra fuit indicatum.) Nam *erant homines. Et Deus primum movens movet creaturas prout eas creavit.* (Naturali luce & via.) Ipsi autem NOLUERUNT: quippe ipsa invitatione redditi magis refractarij. Post pauca. Fuerunt ergo (Judæi) inexcusabiles non minus quã gentes, *& meritò audiunt Christi exprobrationem*: quia ν debuerant & ρ potuerant iis, quos dixi, igniculis uti ad *conversionẽ*. lit. A. 3 b. idq; non in indagando tãtũ vero Dei cultu, sed conjungendis iis cũ efficacia Spiritus S illi cooperando conversionem ibid. a.

12. Vult igitur (Melanchthon) cum misericordia concurrere APPREHENSI-

Arminiani.

opere ferè totam in morali suasione collocant: collat. Belg. 260. & Acta synodalia p. 16. quam pag. 60. uberius describunt. Infra tamen ab æterna gratia capacitatem ad agendum in mente & voluntate prærequirunt: voluntati vero in verbo suam ad utrumq; oppositorum libertatem relinquunt.

Quod attinet distinctionem gratiæ habitualis & actualis, ea à nobis rejicitur, siquidem per habitualem intelligitur talis fidei, spei, charitatis in voluntatem infusio, ut citra ULLAM VOLUNTATIS operationem eos habitus adipisci dicatur homo. Acta synodal. p. 15.

13. Duplex peccati vis & efficacia illa (nempe damnatio sive mors æterna & servitus peccati) jam olim clarissimè apparuit, quamdiu Deus salutarem gratiam suam ante secula destinatam, plane & plenè nondum revelavit; sed

Intimator.

NEM in accipiente promissionem &c: Hæc apprehensio promissionis, hæc causa, hic assensus, non potest esse merè naturalis. Hoc, inquã, audire, hoc discere, hoc apprehendere promissionẽ, hoc assentiri, hoc concurrere cũ misericordia Dei & efficacia Spiritus Sancti non est merè naturale. Intim. *11.* Apr. affixa p. A. 3.

13. Concludo præterea, omnibus hominibus nunc patere reditum (à quo nunquam fuerunt excluſi, Gen. *22.* Gal. *3.* Joh. *3*, *16.* *1.* Tim. *2.* Ezech. *18.*) ad fœdus, à quo plurima pars mundi (quam Intimatur non nisi umbratenus gratiam N.T. habuisse, sub generali favore sentit) defecerat: uti patet ex genealogia, quæ describitur Gen. *5.* inde ab Adamo usq; ad Noah. Deinde Genes. *11.* à Noah usq; ad Abram sive Abraham. Demum Matth. *1.* ab Abraham usque ad Chri-

eminus

eminus obscurè & quasi per transennam TANTUM ostẽdit: sub generali scil. gratiæ & favoris promisso.

Etsi in V. T. quidam gratiæ ipsius divinæ auxilio adjuti in Deum crediderunt & integrè ambularunt, plerique tamen peccati pondere in miseriæ molè abrepti sunt.

Ante diluvium nulla lex scripta lata fuit, sed rationis NATURALIS dictamen, paternæ traditiones, aliæq; quædam divinæ & angelicæ revelationes, Deo ita ordinante, viguerunt. Ex quibus Abel, Enoch & Abraham sunt salvati.

Leges Mosis ac conciones propheratum TANTUM ad impediendæ peccata nostra sũt latæ & habitæ: quibus non modò transgressiones non sunt impeditæ, nec exstinctum dominium reatusq; per sacrificia sublatus: sed reatus mortis adeò invaluit, ut omnes sub peccato concluderentur.

stum. Progr. 11. April affixo. A. 3. b. Christi igitur gratiã esse generalẽ tanq. illucescẽtem videtur concludere ex Tit. 2, 11. & Joh. 1, 9. atque ita tacitè ad N. T. tempora refert.

NB. Volunt igitur Arminiani ante legem solenniter latam homines per legem Naturæ & gratiam fœderis generalem umbrasq; futurorum fuisse, eosq; perpaucos, salvatos: postea verò per legem Mosis ac conciones propheticas; ac denique in N. T. per legem & gratiam Christi. cujus proinde quoq; munus propheticum non ultra N. T. tempora extendunt. p. 29. ac sacerdotale demum à passione ipsius usque in æternum agnoscunt: Tandem verò Regium ab ascensione auspicantur. p. 30.

Quam sententiam sententiæ veterum quorundam vicinam, ab Andradio & aliis recoctam, ab Augustino

Calviniani.

Ex quo tandem divinæ gratiæ in Christo Servatore nobis ante secula præparatæ, necessitas simul & utilitas evidenter apparuit: quippe sine qua nec miserabile peccati jugum excutere, nec quisquam in tota religione verè bonum operari, nec denique mortem æternam aut ullam veram peccati pœnã effugere unquam possumus: nedum ut salutem æternam sine illa per nos ipsos, aut per alias creaturas consequi aliquando possimus. Confessio Remonst. p. 77.

Intimator.

verò lib. 1. de Nat. & Grat. c. 2. l. 4. contra Jul. c 3 & similibus, atq; Chemnitio in Examine concil. Trid. solide refutatam p. 108. 109. hic reponi cernimus

Errores Calvinianorum in genere cum Intimatore communes.

Idem tradit Calvinus l. 4. Instit. c. 15. s. ult. c. 16. s. 24. Beza ad Acta p. 102. 103. & seqq. Martyr. in LL. CC. 241. Pareus in comment. in Epist. ad Rom. c. 11. Dub. 12. 13. Massonius in univ. Anatome pat. 3 p. 283. 288. &c.

Hæc (quemadmodum & alia nonnulla in his Programmatibus) sunt ferè ex Ursini catech. opera D. Parei edita desumpta q. 47. Videatur & Massonius parte 3. univ. A-

Per sanctitatem infantum fidelium intelligenda est sanctitas salvifica æterni Dei fœderis &c. Progr. 4. Feb. affixo §. cæteram A. 3. sunt templa Spiritus Sancti. Progr. 6. Decemb. affixo. §. dixeram.

Jeremias antequam ex vulva prodiisset, fuit sanctus: ubi sanctificatio ad munus propheticum præsupponit sanctificationem salvificam æterni Dei fœderis. Et nun-

nuat,

Calviniani. Intimator.

nat. p. 278. & p sed & reliqua sua tela à Calvinianis mutuatus est Intimator.

Hæc Thesis est impudentior ipsis Calvinianorum scriptis, qui inter gratiam fœderalem & nativitatem carnalem distinguunt, ut Masson. & Pareus in Ep. ad Rom. 11. dub. 12. 13. Quem tamen masculè refutavit Dn. D. Mentz. in disp. 4. Defensionis Aa C. & Anticrocio Disp. 6. Baldevv. in cap. 11. ad Rom. Sigvvartus in Admon. contr. Pareum, Deinde: *Beza in Annot. Majoribus in cap. 2. Eph v. 3. nostram sententiam doctè confirmat; item Piscator, Massonius, alij* ulterius: *si Intimatoris exceptio vera est: habemus fideles sine fide actuali salvifica. 2. Peccatores irreconciliatos, quos peccatum non dividit a Deo: nim. juxta Esa. 59, 2. 3. Fœderatos actu, qui nihil, præter promissionem & jus ad fœdus habent, ac nondum in fœdere vivunt.*

Consentit Calv. l. 4. Inst. c. 14. s. 17. c. 15. s. 2. Beza in gloss. Marginali ad c. 10. Act. Grynæus disp. Heidelb. anno 1584. th. 21. Toss. contr. Marbach. p. 334. Beza rursus in præfat. parte 1. ad coll. p. 24. Cinglius de vera & falsa Re-

quam ad infantem profanũ dictum fuit, sanctificavi te in utero. ib. §. Exemplum Jer.

Negat infantes fidelium esse filios iræ ob peccatum originis. Rationem subjicit: quia sint divini fœderis consortes. Quis ergo (concludit) fidelem appellet filium iræ. §. Tunc & illud Prog. 4. Feb. affixo.

Negat fidelium infantibus patere aditum ad baptismum (*A*) immediatum. Media ut (inquit) sunt β. remissio peccatorum & sanctificatio, quæ ipsis in baptismo (γ) obsignantur, renovantur, repetuntur, & de novo dantur.

ligion.

Calviniani.

ligione 1525. edita & ad Carol. Imper. art. 7.

Intimator.

Resp. 1. (*A*) Quæstio est de mediis, hominum & ministerij, quibus alij prius fide informantur, quæ in infantes non competunt. Resp. β. 2. forte juxta loca Joh. 3. 5. 6. Actor. 22. Tit. 3, 5 Ge. 12. Resp. 3. S. 17. γ. vid. juxta tropum sacramentarium. conf. superiora.

Non ferendum illud axioma: Deus nobis præscripsit salutis media, non sibi.

Sensus est: quod Deus nõ sit alligatus verbo, quippe quod nobis, non sibi, proposuit. Idcoq; in casu necessitatis citra verbum salvare possit. Quod ipse Intimator axioma defendit in Diss. 2. pg. 200. Lugd. Bat. 1619 edita Ursinus in verandtw. des Heydelberg. Catechismi. *pag. 407.*

Ludov. Crocius in Apologetico contra Dn. D. Mentz. admittit & limitat: quod vid. non corporalis natividas, sed promissio faciat Christianos, p. 188. Cui textus Gen. 17, 12. Act. 2, 39. sonorè contradicit.

Consentit gens sacramentaria; ut Cinglius Tom 2. f. 92. Plerig; verò inter fidem & fidei semen distinguunt: quod Intimator de inclinatione ad fidem explicat; Calvin.

Illud etiam non videtur prætereundum, quod frequenter in ore habent, Fiunt, non nascuntur Christiani. Nam 1. materiale Christiani nascatur. 2. dicamus consueto sermone ein geborner Christ.

Sed neq; illud probo, infantes fidelium statim à collato baptismo habere actualem fidem 5. sed neq; Prog. 4. Feb. affixo.

In infantibus deest me-

lib.

Calviniant.

lib 4. Inst. c. 16. s. 19. & 20 Bucan. Inst. loc. 29. q 21. Trelcat. Instit. Theol. l. 2. de Baptismo. Polan. in syntag. Theol. l. 9. c. 6. Beza in confess. p. 93. Masson. part. 3. univ. Anat. p. 487. Zach. Ursin. in der Antw. auff etlicher Theologen Censur. *p 365 & in explicat. catech. opera D. Parei edita q. 47. iisdē ferè cum Intimatore utitur verbis.*

Intimator.

dium applicationis, nempe fides. Ita objicit & respondet sibi: Spiritus Sanctus operatur in eis dispositionem & inclinationē ad fidē, qualis & quantula ipsis pro ipsorum modulo & captu sufficit ad applicationē meriti Christi. *Et post pauca*: Nostris infantibus *Nasci in Ecclesia est instar professionis.* Fides actualis est in adultis, at in infantibus fidelium TANTUM quoad *inclinationem*, Program. 9. Jan. affixo. §. vir. lit A. 3.

Calviniani ista loca vel de baptismo loqui negant: ut Calvin. in c. 3. Joh. Beza in annotat. Majoribus. Tossanus in annot ad Luther. Bibl. German. Masson. in Anat. univ. part. 4. p. 59. Mart. in LL. CC. class. 4. c. 9. s. 20. Chassanio l. 2. LL. CC. c. 47. Vorstius in AntiBellarmino Tom. 3. aliiq; complures: vel tropo suo enervant. vide Piscator. comm. in N. T. Bezæ Annot. ad Pet. c. 3. v. 21. Tit. 3. Col. 2, 12. Masson. part. 4. p. 71. 84. Ludov.

Quoniam supra negavit infantibus immediatum patere ad baptismum aditum: quia adiendi illius media sint remissio peccatorum, sanctificatio (in utero facta) quæ ipsis in baptismo obsignentur & renoventur, ac de novo (signotemus) dentur: Omnia loca de baptismi effectibus (ut regenerarione, donatione fidei, insitione in fœdus Dei &c. tropo sacramentario depravata de signo & obsignatione vitæ æternæ;

Cre-

Calviniani.

Croeius cont. Mentz. in censura p. 166. Acta synod. p. 155. Ursinus in verantw. des Heydelberg. Catechismi *pag. 400.*

Hunc esse errorem Anabaptistarum & Calvinianorum ex Augustanæ Confess. art. 12. Et Mentzeri Exegesi satis superq; liquet. Quod antehac quoq; in Perseverantia Christian. pag. 11. & seqq. demonstratum fuit.

Intimator.

separationevè *ab* infidelibus; ideoq; de finibus secundariis, explicat: ut ex collatis Programmatibus videre est: inprimis illo *30.* Oct. affixo §. 2. Quicquid. & seqq.

Notandum 1do quod fœdus hoc Gen. 17, 7. appelletur fœdus non civile aut politicum, aut temporarium, sed æternum, nullis unquam seculis neq; à peccato, neq; à Diabolo, neq; ab inferno rumpendum. Progr. 27. Oct. aff. 1626.

SI verò *Lectori B. & Christiano* vix *ubiq;* collatio *constare sibi videatur: is rogitatur, ut brevitatem in Progr. adhibitam, ex* Remonstrantiũ *libris complere, & quæ alicubi obscurè proponuntur, dilucidare haud grabetur; Nos tantum hæc cursim subjicimus. Itaq; 1.* Intimator cum Arminianis *convenit in carpendis libris symbolicis num. 1. αα. 2. Pelagianismi, cujus sibi sunt consciỹ, accusatione & vicinitate. ββ. num. 2. 3. Peccato originis verbis probando, n. 3. γγ. 4. nominibus, quibus naturæ vires extollunt, n. 4. δδ. 5. descriptione ipsa: qua docent 1. quod homo lumine & gratia in corrupta Natura supernaturali donorum, post lapsum rectè uti possit. n. 7. & 8. εεε. & ad sui conversionem. n. 6. ζζ. 6. quo ceu gratia supernaturali, Deus omnes homines illuminet. n. 9. θθ. cujus veritas in*

injusti-

injustitia detineri nō debeat. n. 7. 8. 11. lll. 7. quod factum sit à multis impiis, qui sint inexcusabiles, n. 11. ibidem κκ. rectè 9. hoc lumen fuerit usurpatum à gentilibus Philosophis. num. 11. 8. λλλ. qui eo Deum rectè glorificarint. n. 8. 11. μμμ. quorum quibusdam ad conversionem inservierit. n. 10. 11. νν. ut Apostolis, Cornelio, & similibus. n. 11. (o) non verò (o) Hierosolymitanis. Quod nisi posset, frustra gentiles statuerentur inexcusabiles. n. 10. & 6 ξξ. Imò, qui eos rectè utuntur, illis offertur præconium Evangelij. n. 6. aut vix damnabuntur. num. 8. ϖϖ. nā ex iis ignibus homo potest gratiā salutiferā agnoscere & inflammari amore virtutis. n. 8. 9. 11. ρρρ. prosunt ad spiritum regenerationis, qui iis peti & desiderari potest. n. 5. 6. 8. σσσ. convertitur autem homo ex gratiæ & voluntatis propriæ operatione & concursu. n. 12. rursus conveniunt mediis & modis salvandi homines diversis. n. 12. Hæc breviter: nam ulteriori collatione non opus esse videtur: Quin cordati homines rem ipsimet ulterius ponderabunt. Miror itaq; Antagonistas ausos esse Pelagianismi suspicionem à sese removere: siquidem Pelagius sub initio totum conversionis negotium Naturæ tribuebat: Arminiani gratiam conjungunt naturæ, eamq; primò naturalem, & deinde salvificam supernaturalem. Illi posteà gratiam agnoscebant, quæ ad minimum illuminabit mentem, si non etiam in voluntatem egerit. Hi nunc utramque agnoscere videri volunt: ad quam gratiam voluntatis actio spontanea concurrat. 2. Aliud est totam hæresin cum omnibus circumstantiis imputare alicui: aliud est certis modis Pelagianizare. Si non prius de illis statuendum est, certè posterius. Quippè non tantum iisdem argumentis utuntur, rei um

rerum etiam suum dogma esse Pelagiano affine ipsimet in præfat. confessione. sive declarationis suæ Hardivvici editæ 1622. fatentur: Ideoq; Augustinum improbant Pelagianæ sectæ destructorem acerrimum. Tandem & hoc non prætereundum est, Esse Arminianos in Articul. de Grat. & Lib. Arbitr. asserendo vehementer lubricos, inconstantes, ambiguos; suosq; proavos, avos & fratres; videc. Pelagianos, Semipelagianos, Scholasticos & Jesuitas dolosè imitari. Videatur coronis Guilelmi Amesij ad collationem Hag. pag. 164. & seqq. & conferantur acta synodalia cum aliis scriptis.

Hæc Intimator jam tuis intimationibus respondere visum fuit, non acerbitate styli par pari referendo, sed veritatis almæ defendendæ studio. Possem equidem jam transire & tangere personalia, quæ vocantur: sed pacis studio hac vice jam manum de tabula removere placet, & potius te virum eruditum & grandævum bustoq; vicinum ex Christianæ charitate & pietate adhortari: ut des veritati invictæ & ex scriptura in nostris libris symbolicis piè & rectè explicatæ, gravi; judicio ac magna diligentia ponderatæ locum.

Velim & hoc cogites: est profectò Deus qui quæ nos facimus, cernitq; & videt: cujus gratiam & μακροθυμίαν non contemnere, præterq; alia, scriptura ad illudendum piis contra multa præcepta Decalogi abuti, atq; in die judicij tibi iram cumulare velis. Rom. 2. sed gratiam, misericordiam, honorem, laudem, decus. Fiat te cunctis auxiliante Deo!

F. Reppien.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729960005/phys_0151
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729960005/phys_0152
DFG

Arminiani. ...ator.

eminus obscurè & quasi p ... April affixo.
transennam TANTUM ost ... ti igitur gratiã
dit: sub generali scil. grat ... anq. illucescẽ-
& favoris promisso. ... concludere ex
Etsi in V. T. quidam gr ... Joh. 1,9. atque
tiæ istius divinæ auxilio adj ... N. T. tempora
in Deum crediderunt & in ...
grè ambularunt, plerique tam ... unt igitur Ar-
peccati pondere in miseriæ m ... egem solenni-
le abrepti sunt. ... ines per legem
Ante diluvium nulla l ... etiam fœderis
scripta lata fuit, sed ration ... brasq; futuro-
NATURALIS dictamen, p ... sq; perpaucos,
ternæ traditiones, aliæq; qu ... stea verò per
dam divinæ & angelicæ re ... ac conciones
lationes, Deo ita ordinante ... ac denique in
viguerunt. Ex quibus Ab ... m & gratiam
Enoch & Abraham sunt s ... proinde quoq;
vati. ... eticum non ul-
Leges Mosis ac concio ... ora extendunt.
propherarum TANTUM ... rdotale demum
impedienda peccata nostra ... ius usqve in æ-
latæ & habitæ: quibus no ... scunt: Tandem
modò transgressiones non su ... ab ascensione
impeditæ, nec exstinctum a ... p. 30.
minium reatusq; per sacrifi ... ententiam sen-
sublatus: sed reatus mor ... m quorundam
adeò invaluit, ut omnes ... Andradio & a-
peccato concluderentur. ... , ab Augustino